D. AEGIDII COLVMNII ROMANI

ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS, ET PRIMATIS AQVITANIAE, ORDINIS FRATRVM EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI, VIRI SAPIENTISSIMI,

TRACTATVS

CONTRA EXEMPTOS, Antistitibus, & Religiosis omnibus maxime necessarius.

EIVSDEM, De Diuina Influentia in Beatos.


EIVSDEM, De Laudibus Diuinæ Sapientiæ.

EIVSDEM, De Defectu & deuiatione malorum culpæ & peccatorum à Verbo.

NVNC IN LVCEM EDITI.

Quibus adiunximus, Eiusdem, De Prædestinatione, Præscientia, Paradiso, & Inferno: item De Peccato Originali Tractatus vtilissimos ac salutares, Denuò accuratius recognitos.

CVM INDICE RERVM AC VERBORVM COPIOSISSIMO.





ROMAE

Antonij Bladi Impress. Apost. Characteribus.

ANNVS ERAT CHRISTI NATALIS

M D L V.

INDEX RERVM AC VOCABVLORVM OMNIVM.

Primus numerus Paginam, secundus Columnam indicat.

A

B

C

D

Deus

E

F

G

H

I

INDEX LOCORVM SACRAE Scripturæ à D. Aegidio passim his Tractatibus expositorum, secũdum ordinem librorum ueteris ac noui testamenti.

FINIS.

ERRATA, QVAE COLLIGENDO
indice deprehendimus,
sic restituenda.

Pag.	Col.	Ver.		
3.	2	25.	Pontificum	Pontificem
3.	2	50	*connectantur*	*connectentur*
15.	4	ij.	*ucommunicare*	*communicare*
17.	3	22	*imfectum*	*imperfectum*
18.	3	33	*cemeterium*	*cœmeterium*
20.	3	16	*reprobri*	*reprobi*
23.	1	25	Heb. 5.	Heb 1.
23.	2	vlt.	*mõi*	*huiusmõi*
28.	2	14	*ommissa*	*amissa*
26.	2	23	*credere* Deum	*Credere* Deo, *q̃, deũ & in deum.*

Pag.	Col.	Ver.		
33.	1.	28.	*altus*	*alius*
34.	4	22.	*admala.*	*ad bona.*
38.	4	16.	*dicit*	*dicens*
ibidem.		17	*dicens*	*dicit*
39.	1	16	Nõ	Homo
40.	1	30	*corris*	*corporis*
44.	1.	36	*nolentes*	*uolentes*
44.	2	34	*uita*	*uitam*
48.	2	17.	*ignorãtiæ, erat*	*ignorantiæ erat,*

D. AEGIDII ROMANI Archiepiscopi Bituricensis Ecclesiæ, et Primatis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, doctoris clarissimi, liber Contra exemptos, nunquam antea impressus.

Cap. I. Quòd exemptio secundum humanos actus contradicit cursui naturæ secundum naturales motus.



AVgustinus. 7. de Ciuit. Dei. c. 30. ait, Deus sic administrauit omnia quæ creauit, vt etiā ipsa proprios exercere, & agere motus sinat. Summus ergo Pontifex Dei vicarius vlis, quia Gloria magna est sequi Dominum, [Eccl. c. 23. d] tanq̃ Dei verus imitator, sic debet administrare ecclesiā, vt personas ecclesiasticas ꝓprios motus facere sinat, quia proprium est Prælatorum præesse, Subditorum subesse. Exemptio hoc impediens, naturæ cursui contradicit. Cum ergo ſm Diony. & Damasc. in omnibus reperiatur substantia, virtus, & operatio, dicere possumus ꝙ omnia hæc confundit Exemptio, vt verè contra naturam dici debeat: quia si esset Exemptio in naturalibus, confunderentur in eis operatio, virtus, & substantia. Sic per exemptionem in moralibus confunduntur operatio, virtus, & substantia in Ecclesia: vt ex his triplex ratio sumi valeat cōtra exemptionē. Prima ergo huius ratio sumi pōt, ne confundatur operatio, & ne res sint destitutæ propriis operationibus: supponit enim Philosophus tanq̃ notum rationi & sensui, quòd appropinquante actiuo passiuo, hoc quidem agit, illud verò patitur: dicitur autem appropinquare actiuum passiuo, vt ignis calefaciens rei calefactibili, quando sic appropinquat vnum alteri, & est in tali distantia, quòd hoc quidē aptū natum est calefacere, & illud calefieri. Quod vt ad propositū adaptemus, dicere possumus, tota dioecesis illa est distantia, in qua Prælatus est aptus natus præcipere, & subditus obedire. Dicere ergo personas aliquas esse in Dioecesi, quæ non teneantur obedire Prælato, est dicere calefactibile esse in illa distantia, in qua est aptum natum calefieri ab igne, & tñ non calefit ab igne. Sicut ergo hoc ponere in naturalibus est cōtra naturæ cursum, & est destituere res naturales a propriis operationibus: sic hoc ponere in personis ecclesiasticis videtur esse contra naturam, & est destituere personas ecclesiasticas suis pro- A priis operationibus. Aduertēdum ꝙ Deus multa facit per miraculum, quæ contradicunt solito naturę cursui: sic & summus Pontifex, quando aliquos eximit ab auctoritate Prælati, facit miraculum in ecclesia: nec dicimus quin possit hoc facere, sed dicimus, ꝙ debet rarò facere, vt imitetur Deum, cuius minister est, qui rarò facit miracula, sed (vt diximus per Aug.) sic administrat res, vt eas ꝓprios cursus agere sinat: [7. de Ciuit. dei c. 30.] & si hoc facit, facit q̃tum ad singulares personas, nō autem quantū ad aliquem totū statum, vel quātum ad aliquem totum populum: sicut fecit in Aegypto, quòd vbi erant filii Israel, ibi erat lux: vbi autē Aegyptii ibi erant palpabiles tenebrę: hoc fecit pro maxima & euidenti vtilitate fidei.

B Propter ꝙ si Vniuersitati studentium in aliquo studio conceduntur Priuilegia vt commodius studeant, hoc fit vt vitetur ignorantia: nam ex ignorantia multa mala sequunť, iuxta illud Ambrosii, Grauissime peccas, si ignoras: quod exponendum est, grauissime, idest, periculosissimè. Et licet ignorantia excuset peccatum, iuxta illud Apostoli, Misericordiam consecutus sum, [1. Timoth. 1. c] quia ignorans feci) propter ꝙ peccans per ignorantiam quāuis ex hoc aliquā excusationem habeat, tamen sic peccans est in magno periculo constitutus: melius enim esset aliquem infirmari grauiori morbo, & tamen cognoscere causam morbi, vt possit succurrere morbo per Medi- C cum, q̃ si infirmaretur leuiori morbo, & ignoraret causam morbi, quia non solicitaretur ad succurrēdum morbo. Vt ergo homines eruantur a tanto periculo, et captiuitate Diaboli, bonum est per priuilegia, & per aliquam gratiam inducere homines ad studendum. Sic etiam in Religionibus aliquibus, vtputa Ordinibus paupertatis, omninò studio deditis, exemptiones & gratiæ aliquæ conceduntur: quia ex studio vitatur ignorantia tam in studentibus, q̃ in simplicibus, qui per doctrinas studentiū erudiri pñt. Et cū ignorantia sit periculosissimū peccatorū, laudandus est sūmus Pontifex hoc faciēs ꝓpter euidentem vtilitatē, quæ exinde sequitur, tam ad ignorantiam euitandam, q̃ ad fidem catholicam defendendam: nam (vt ait Hieronymus in [Hierony. Paulino. cap. 4.] D primo Prologo Bibliæ) Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiām Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Valet ergo scientia ad fidem defendendam, & ad peccatū vitandū, iuxta illud Isai. 5. Captiuus ductus est populus [Isai. 5. e] meus, quia non habuit scientiam. Redeamus ergo ad propositum, et dicamus, quòd Deus facit miracula in naturalibus, sed rarò: facit enim quòd natura ignis non comburat, quod fecit, quando tres Pueros liberauit de camino ignis: [Dan. 3 et. 14] & potest facere quòd Leones naturaliter exuriētes, cibum non capiant, quod fecit, quando liberauit Danielem de lacu leonum. Ita et summus Pontifex potest facere et facit miraculum

in moralibus nõ quæ sunt de iure naturali. sed
quæ sunt de iure positiuo: sed talia miracula de
bet facere raro, & pro euidenti vtilitate Reipu
blicæ. Cum ergo Exemptio sit huiusmodi mi
raculum, raro debet aliquos eximere; & quãdo
facit, p euidenti vtilitate reipublicę debet hoc
facere, vtputa ppter studiũ, per quod fides de
fenditur, captiuitas & seruitus a Diabolo euitat.
Sed ꝙ Religionem totam aliquam faciat exem
ptam, quæ in nullo vel modico est studio dedi
ta vel ꝙ Capitulum aliquod faciat exemptum,
quod nõ studio, sed potius otio est deditum, et
Prælatum nõ metuens, in peccata prorumpat,
non solum hoc non facere, sed etiam facta, vel
quocunq; modo inducta expedit tollere, & po
tissime si publicæ vtilitati repugnent.

Cap. II. ꝙ Exemptio est cõtra naturam, quia per quoddam simile à rebus naturalibus, tollit substantias & uirtutes.



Vm autem dicimus ꝙ
Exemptio sit contra na
turam, intelligẽda sunt
verba ꝙ ex excẽptione
arguere possumus per
quoddam simile aliqua
cõtra naturã, & proba
re possumus ꝙ ex exẽ
ptione sequitur res na
turales destitutas esse propriis operationibus,
virtutibus & substãtiis. Nam licet summus Pon
tifex nõ possit facere miraculum in naturalibus
nec in moralibus, quæ sũt de iure naturali, sed
solum in moralibus quæ sunt de iure positiuo,
cum ea quæ sunt de iure positiuo debeant esse
conformia iis quæ videmus in naturalibus, &
† rõnabile iis quæ videmus de iure naturali: † naturale est
tamẽ quod ars imitetur naturã, quia ea quæ sũt
ab arte sunt ab intellectu humano & sapientia,
& ea quæ sunt de iure positiuo sunt a ratione
humana, naturalia vero sunt ab intellectu diui
no & sapientia diuina: ars igitur & ea quæ sunt
de iure positiuo debent imitari intellectum diui
num, a quo sunt naturalia, & a quo dependent
quæ sunt de iure naturali. Viso, quomodo arti
ficialia & positiua quæ sunt ab intellectu & sa
pientia debent imitari intellectum & sapientiam
diuinam, volumus per hoc descẽdere ad id qd
in capitulo proponitur, videlicet quod Exem
ptio est contra naturam, quia per quoddã simi
le a rebus naturalibus, tollit substantias & virtu
tes. Ad hoc autem declarandũ assumimus ver
Sap. 14.a ba illa, quæ habentur Sapientiæ. 14. vbi auctor
illius libri, Deo patri omnium nostrum ait. Tua
autem, pater, prouidentia ab initio cuncta gu
bernat; qm dedisti & in mari viam, & inter flu
ctus semitam firmissimam, ostẽdens qm potens
es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis

A adeat mare. Sed vt non essent vacua sapientiæ
tuæ opera: ppter hoc etiam & exiguo ligno cre
dunt homines animas suas, & transeuntes mare
per ratem liberati sunt. Fecit enim Deus, vt ha
betur in Exodo, ꝙ mare se diuisit, & apparuit Exod. 14.
in mari via, & semita firmissima, ita ꝙ siccis pedi
bus transierunt filii Israel per medium maris. Et
posset nũc facere, si vellet, quod sine rate et naui
transiremus mare, vt fecit qñ siccis pedibus am
bulauit super mare. Sed vt non essent vacua, fa
cta & producta opera sapientiæ suæ, & res na
turales non sint otiosæ, & destitutę suis ope
rationibus, videmus continue ꝙ exiguo ligno
(idest exigua rati) homines credũt animas suas
(idest cõmittunt vitas suas) & transeuntes mare
B per ratem liberati sunt. Vult ergo Deus substan
tias naturales habere virtutes suas, & medianti
bus virtutibus procedere naturaliter opera: vt
a substãtia ignis, mediante calore qui est virtus,
procedat calefacere, ita ꝙ nõ potest ignis ppter
virtutem caloris quam habet, nõ calefacere prę
sente calefactibili. Tollere ergo a rebus natura
libus pprias operationes, est tollere ab eis sub
stantias & virtutes, a quibus propriæ operatio
nes sumunt originem: naturale est enim quod
molle cedat graui, & quod plumbum vel fer
rum vel etiam lapis in aqua natare nõ possint:
naturale est etiã homini ꝙ male natet, & ꝙ non
natet naturaliter, sed per artẽ, quia naturale est
homini ꝙ vadat rectus, propter quod naturale
C est ei ꝙ stans in aqua se erigat, et erectus ita mo
dicum occupat de aqua, ꝙ illa modica aqua
eum sustinere non possit. propter ꝙ ex arte ha
bet, ꝙ volens natare, se dilatat et diffundit su
per aquam, vt hoc modo occupans multum de
aqua, melius natare possit, et melius sustineatur
ab aqua: mouet etiã aquam cum natat, quia mo
ta melius sustinet pondus q̃ non mota. Sed na
turale est ligno ꝙ natet super aquam: & si ex li
gno fiat nauis, propter cõcauitatem quã habet,
in qua recipitur aer, qui naturaliter est sup aquã
et non patitur esse sub aqua, non solum ratione
materię quia lignum naturaliter natat in aquã,
sed etiam ratione formæ quia in ligno inducta
est forma nauis, lignum sic dispositum ferẽ sup
D aquas, & ligno sic disposito et facta naui, põt in
naui ferri super aquas homines, et quæcunq;
grauia, quæ naturaliter non natant in aquis.
Sed dicemus eẽ duplex mare, videlicet mare ma
teriale secundũ quem modũ magna congrega
tio aquarum dicit mare, iuxta illud Congrega Gen. 1.b
tiones aquarũ appellauit maria: est etiam aliud
mare, videlicet hoc seculum, in quo multas pro
cellas patimur: et sicut est duplex mare, ita est
duplex nauis, materialis in qua saluant omnia
existentia in naui: et ipse Prælatus potest dici
nauis, sub cuius regimine saluantur vel saluari
possunt omnes existentes sub eo. Sed dices ꝙ
Prælatus non debet assimilari naui, sed nautæ,
qui gubernat nauem: ipsi vero naui debet assi
milari

milari ecclesia, quæ gubernatur a Prælato. Ad quod dici potest, ꝙ mystica theologia nõ est argumentatiua, & ꝙ non est in metaphoris disputare: ꝑpter varias.n. similitudines Christus assimilatus est Pastori, & Oui, & agno: assimilatus est pastori, in quantũ gubernat oues. assimilatus est oui, in quantũ pro nobis factus est victima: assimilatus est agno ꝑpter eandem causam, vel propter summã innocentiã. Sic etiam Prælatus potest dici nauta, nauis, & anchora: dicitur.n. nauta, in quantũ gubernat nauem, idest ecclesiam: dicit̃ nauis, inquãtum verbo, & exemplo ponit suos subditos ad portum salutis: dicit̃ anchora, in quantũ facit nauem, idest ecclesiã firmam stare. Erit Prælatus ergo nauis animata, sicut dicimus de Seruo, ꝙ est organũ animatũ: & sicut dicimus de Rege, quod est lex animata.

Ioan. 10. Isa. 53.

His ergo prælibatis, dicamus ꝙ sicut existentes in naui materiali, si nauis sit talis qualis debet esse, possunt saluari omnes, nihilominus q velle exire nauim, posset se in mari præcipitari: sic, si Prælatus est talis qualis debet esse, põt saluari omnes qui sunt sub eo, nihilominus qui vult ire post procellas huius seculi, liberum arbitriũ habet per quod põt hoc facere. Sicut ergo esset contra naturam nauis, si bene regatur & bñ gubernetur, ꝙ aliqui sint in naui, & non liberẽtur per nauim: sic est contra naturã regiminis Prælati, ꝙ in Dioecesi Prælati, cũ ad totam dioecesim se extendat eius auctoritas, aliqui sint exempti, & non sint sub regimine prælati. Et sicut dicimus de Deo, ꝙ potest sine rate homines saluos facere, tamen vt non sint superuacua opera diuinæ sapientiæ, & non sint res destitutæ ꝑpriis operationibus, non facit, quia tunc (naturaliter loquendo) essent destitutæ propriis substantiis & virtutibus: sic potest summus Pontifex facere, ꝙ aliqui sint exempti, & trãseant mare huius seculi nõ sub regimine proprii episcopi vel proprii pontificis: sed, cum pontifices & episcopi sint opera sapientiæ summi Pontificis, quia per eũ vel per auctoritatẽ eius sunt assumpti in partem sollicitudinis, vt non sint superuacua opera sapientiæ suæ, idest Prælati non sint destituti propriis operationibus, non solum nõ debet aliquot eximere, sed etiam exemptionem ex consuetudine vel ex aliquo alio modo inductam, debet tollere, nisi hoc faciat ex aliqua manifesta euidentia. Nam si omnia sibi licent, tamẽ suæ Ecclesiæ, quam debet cum summa diligẽtia gubernare, non omnia expediunt: immo multa & specialiter exemptiones regimen ecclesiasticum impediunt. Cum ergo regimen ecclesiasticum debeat se cõformare rebus naturalibus, & cum res naturales non possint esse naturaliter destitutæ propriis operationibus, nisi sint destitutæ propriis substantiis & virtutibus: bene dictum est quod in capitulo dicebatur, ꝙ Exemptio est contra naturam, quia per quoddã simile a rebus naturalibus, tollit proprias substantias & virtutes: nam cum simile sit de regimine naturali ponere exemptionem, & ponere Prælatos in aliqua parte suarum Dioecesum non habere proprias operationes, est simile ac si poneremus verba esse otiosa, & nõ habere suas significationes, & virtutes.

Cap. III. ꝙ Exemptio est contra naturam, quia quãtum est de se facit idolum de Pastore.



Astor autẽ & prælatus aliquando assimilat̃ fonti, secundũ quem modũ riuulis assimilatur subditi. Hoc autẽ modo loquit̃ Ambrosius de pastore, dicens, Quicquid in hac plebe potest esse virtutis, & cæt.: de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte oĩum riuulorum hæc puritas emanauit. Aliquando etiam prælatus assimilatur ligno, & quantum ad præsens spectat, est dare triplex lignum, videlicet lignum saluans, vt si de ligno fiat nauis: lignũ crucians, vt si de ligno fiat patibulum: lignum idolum, vt si de ligno fiat simulacrum Huic aũt triplici ligno põt assimilari Prælatus, quia vt operatur ad bonos debet esse lignum saluans, quia debet esse quasi nauis portans suos subditos ꝑ procellas huius seculi ad salutis portum: nam sicut nauis portat in se eos quos saluat & quos ducit ad portum, ita Prælatus in se & in suis humeris portare debet suos subditos, ne per suam culpam naufragium patiantur, sed reducantur ad salutis portum, quia redditurus est ante tribunal Christi de omnibus suis subditis rõnem. Verum quia vnusquisq; onus suum portabit, et nullus reddet nisi de propriis factis rationẽ, nõ reddet Prælatus de suis subditis rationem, nisi inquantũ culpas subditorum facit culpas suas. Habet autẽ Prælatus quasi duos humeros. Exẽplum siue opus, Verbum siue doctrinã: debet enim tale exemplum dare, & talia opera facere, ꝙ subditi sint inde ędificati, quod boni in bono proficiant, & mali a suis malitiis conuertantur: habet etiam prælatus alium humerum, verbum siue doctrinam, vt sic suos subditos doceat, vt ꝑ ignorantiam nullus se valeat rationabiliter excusare; & si propter ignorantiã malefaciat, non imputetur Prælato ad culpã, sed potius sibi, qui noluit intelligere vt bene ageret. Lignum ergo saluans siue nauis põt intelligi corporaliter de corporeo ligno, & spiritualiter de Prælato, de quo ligno adaptato potest intelligi quod dicit̃ Sapientiæ 14. ꝙ exiguo ligno, idest exiguę naui siue rati, credunt homines animas suas, & sicut per ratem liberati sunt. Secundo per lignũ possumus intelligere lignum crucis, vt quando de ligno fit patibulum: quod etiam dupliciter

intelligi poteſt, materialiter, vt cum ligno mate- A
riali in patibulo cruciatur malus: vel ſpirituali-
ter hoc ligno poteſt intelligi Prælatus, qui de-
bet eſſe lignum ſaluans vel gratioſum bonis, &
lignum cruciatus ſiue patibuli malis, vt habeť
Sap. 14.a eodem capitulo Sapientiæ, Benedictum eſt li-
gnum, per quod fit iuſtitia. Quod licet poſſet
intelligi de ligno Crucis in quo paſſus eſt Chri
ſtus (quia per illud lignum facta eſt iuſtitia, qa
per illud lignum iuſtè redempti ſumus median
te paſſione Chriſti a poteſtate Dæmonis: nam
licet homo teneretur ꝑpter culpam quam com
miſerat, Dęmon tamen iuſtè eum non detine-
bat, quia vtebatur nobis tanq̃ re ſua, cum ipſe in
nobis recto dominio nõ vtereť. Chriſtus tñ ab
iſta ſeruitute verè & iuſtè nos liberauit, iuxta B
Io. 8.e illud, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis:
nam & ſi poteſtas ſemper eſt iuſta quia non eſt
poteſtas niſi a Deo, vſus tamẽ poteſtatis in Dæ
mone ſemper eſt iniuſtus, quia ſm Auguſtinũ
facit bona, non tamen bene, quia facit ea inten
tione fallendi.) poteſt tamen etiã per huiuſmo
di lignũ, per quod fit iuſtitia, intelligi ipſe Præ
latus, qui debet eſſe lignum nauis gratioſæ por
tans bonos, & debet eſſe lignum patibulum
non impunè ſe habens erga malos. Tertio mo
do poteſt accipi lignum, tanquam lignum Ido
lum: de hoc etiam tertio ligno poteſt intelligi
quod dicitur Sapientiæ 14. vbi auctor illius li-
bri cum in pręfato capitulo prius locutus fuiſ-
ſet de ligno naui, & poſtea de ligno patibulo C
per quod fit iuſtitia, tertio loquitur de ligno
per quod fit Idolum, dicens, ꝙ maledictum ſit
lignum de quo fit Idolum: quod etiam ad Pręⸯ
latum referri poteſt. Quia prælatus bonus põt
eſſe lignum de quo fit nauis, quantum ad bo-
nos: & lignum, de quo fit iuſtitia, prout iuſtè pu
nit malos: & poteſt eſſe lignum de quo fit Ido-
lum, ſi ipſe Pręlatus ſecundũ ſe ſit paſtor & ido
Zach. ij.d lum, & ſm ſe ſit malus. De tali autem paſtore
poteſt intelligi quod diciť Zacharię. 11. O pa
ſtor & Idolum, derelinquens gregem. Præla-
tus ergo aliquando eſt Paſtor & idolum non
culpa ſui, quando non culpa ſua derelinquitur
grex, ſed quando per Exemptionem ſibi ſub-
trahitur grex. Hoc eſt enim contra naturam re D
giminis eccleſiaſtici, quando Prælatus non cul
pa ſua fit paſtor & idolum, non habens aucto
ritatem corrigẽdi eos, qui ſunt in Dioeceſi ſua,
qui omnes naturaliter pertinent ad gregẽ ſuũ.
Bene ergo dictum eſt quod in titulo capituli di
cebamus, ꝙ Exemptio eſt contra naturam regi
minis ſupple eccleſiaſtici, quia facit idolum de
paſtore, ideſt facit ꝙ pręlatus ſit paſtor & ido-
lum. Hoc enim intelligimus nomine Ido
li, quod manus habet, & non pal-
pat: oculos habet, & nõ videt:
quia non poteſt mederi
nec deſtruere eorũ de
licta vel peccata.

A *Cap. IIII. In quo specialiter agitur, ꝙ ſicut Deus non ſimpliciter deſtruit ſua opera, ita ſummus Pontifex ſuus Vicarius non debet aliquos eximere, quia ſua opera deſtruit, hoc agendo.*



T habetur Gen. 6. dixit Gen. 6.b
Dominus ad Noe, Fi-
nis vniuerſę carnis ve-
nit corã me: repleta eſt
terra iniq̃tate a facie eo-
rum, & ego diſperdam
eos cum terra. Volens
ergo Dominus diluuio
B perdere omnem carnẽ,
cum poſſet omnia animalia non aquatica per-
dere diluuio, videns quod huiuſmodi animalia
erant opera ſua, noluit ſua opera deſtruere, ſed
voluit ex ipſis animalibus ſibi ſemen relinque-
re, & pręcepit Noe, vt faceret ſibi arcam de li-
gnis leuigatis, ideſt politis vel quadratis: in qua
arca de omnibus animalibus non aquaticis, quę
non pñt niſi per propriã generationem ſaluari
& cõtinuari in eſſe, eſſent aliqua fęminini & ma
ſculini ſexus incluſa. Non oportuit autẽ, vt in-
quit Auguſtinus, quod ibi eſſent muli, niſi for Lib. 15. de Ci
te ad aliquid ſignificandũ: nec oportebat ꝙ ibi uit. dei, ca. 27
eſſent animalia nata ex putrefactione, quia illa
poſſunt oriri non præcedente ſimili in ſpecie.
C Poterat ergo Deus ſicut a principio fecit anima
lia & volatilia, ita poterat diluuio perdere oẽm
carnem; & æquali facilitate eam reiterare: & de
omnibus ẽt animalibus nõ aquaticis, & natis ex
coitu ſm propriam ſpeciem ea reficere: ſed vt
non deſtrueret opera ſua, voluit ſibi in huiuſ-
modi animalibus ſeruare ſemen, vt poſt diluuiũ
ſic reſeruatum ſe naturaliter multiplicarent. Ex
animalibus ergo reſeruatis diluuio, oñdit Deus
ſe velle ſeruare ordinem naturalẽ in operibus
ſuis. Cum ergo Prælati ſint opera ſummi Pon
tificis, & iſte ſit ordo naturalis gubernandi ec-
cleſiam, vt quilibet ſuo ſuperiori ſit debito mo
do ſubiectus, concedere Exemptionem, eſt de-
ſtruere opera ſua, qa eſt ſubtrahere iuriſdictio
D nem & potentiam a Prælatis; & eſt in regimine
eccleſiaſtico debitum & naturalem ordinem nõ
ſeruare. Sed dices ꝙ nullus eſt exemptus ſimpli- Dub.
citer, quia ex eo quod aliquis eximitur, ſubiicitˀ
& ligatur iuriſdictioni alterius, vt cum quis exi-
mitur a iuriſdictione Dioeceſani, ſubiicitur iu-
riſdictioni ſummi Pontificis. Ad qđ dici debet, Reſp.
ꝙ ſummus Pontifex eo modo quo iuriſdictio-
nem habet, non poſſet aliquem eximere a iuriſ
dictione vel obedientia ſua, quia non fieret de
ea quod Deus vellet. Si ergo fit exemptio quan
tum ad Deum, fit quantum ad cauſas ſecundas,
non quantũ ad ipſum Deum: poteſt. n. Deus exi
mere a poteſtate cauſæ ſecundæ, vtputa a pote
ſtate ignis, ꝙ quis ſtans in igne non comburať.
Sic

Sic pōt summus Pontifex eximere nō a iurisdictione sua, sed a iurisdictione aliorum Prælatorum, vt potest facere quod existens de Dioecesi alicuius Prælati, non subiiciatur iurisdictioni eius: quod in positiuis est facere miraculum, sicut in naturalibus est miraculū, ꝙ stans in igne non combureretur. Verum quia summus Pontifex habet plenitudinem potestatis, in talibus, sicut Deus in naturalibus, si potest ista facere, debet raro & pro euidenti causa facere: & ne confundatur ordo regiminis in ecclesiastica Hierarchia, promptior debet esse ad exemptiones factas destruendum, q̄ ad nouas concedendum: semper tamē in talibus vtilitate vniuersalis Ecclesiæ compensata. Verum quia de Exemptione facta est mentio, & dictum est, ꝙ cum qs eximitur a iurisdictione inferioris, non ꝑpter hoc eximitur a iurisdictione superioris, & specialiter illius qui apicem Ecclesiæ est adeptus: dicemus ꝙ Exemptio potest esse naturalis, & cōtra naturam: naturalis est.n. vt habetur in Ethicis, ꝙ ex eisdem generatur virtus, & ex eisdem quidem corrumpitur, sed contrario modo factis. Ex actibus.n. humanis secundū rōnem factis generatur virtus, & ex eisdem actibus contra rationem factis corrumpitur. Ordine.n. regiminis ecclesiastici, vt quia summus pontifex assūptus est ad tale regimen secundū plenitudinem potestatis, alii vero prælati fm partem sollicitudinis, inductum est hoc in ecclesia, vt quilibet defendatur in iure suo, & nullus iniuste grauet. Quā diu.n. quis nō iuste grauatur, est sub iurisdictione sui Prælati: si vero contrarium fiat, & iniuste grauet, pōt in hoc casu se eximere a iurisdictione Prelati sui per interpositam appellationem; & ex hoc, prætermisso ordine inferioris Prælati, fiet sub iurisdictione superioris Prelati. Ista ergo exemptio est naturalis, quia ex eisdem contrario modo factis generatur & corrumpit iurisdictio inferioris Prælati. Sed ꝙ quis absq; culpa Prelati, & absq; grauamine sibi illato, eximatur a iurisdictione prælati simpliciter & absolute (non in hoc casu vel in illo in quo grauanē) est exemptio contra naturā, vbi summus Pontifex in positiuis habet plenitudinem potestatis: hanc autem plenitudinē licet nullus debeat in aliquo diminuere, nec ei in aliquo derogare, quilibet tamen debet suum summū Pontificem attentum reddere, quàm periculosum sit suæ sponsæ ecclesiæ, ꝙ in ea fiant exemptiones naturales secūdum cōmunem cursum regiminis, cum naturalia de se sint semp magis perpetua: non naturalia vero secundum Philosophum a perpetuitate deficiant. Pōt autem patere ex his, ꝙ duplex est Exemptio, vna quasi naturalis, alia contra naturam. Est autē exemptio quasi naturalis, qñ aliquis grauat a suo Prelato & per appellationem interpositā se eximit a iurisdictione Prælati, in quod grauatur ab ipso: nam naturale est, vt tetigimus, quod ex eisdem aliqd fiat & corrumpatur: ex eisdem quidem sed cōtrario modo factis, vt vult Philosophus in Ethicis. Constat autem ꝙ nullus debet fieri Prelatus, nisi habeat per scientiam intellectum illuminatū, & per iustitiam & virtutes appetitū vel affectū regulatū, ita ꝙ diu iuste & rationabiliter se gesserit. Si igitur hoc eum fecit esse Prelatum, & factus prelatus postea grauat sibi subditos, & iniuste & irrationabiliter si gerit, ius naturale quasi postulat, quod vt grauat subditos, desinat esse Prælatus: & quod quilibet subditus vt grauatur ab eo, per appellationem interpositam possit se iuste & rationabilit eximere a iurisdictione eius. Hanc autem exeptionem quasi naturalem debet summus Pontifex pro viribus fouere & custodire. Sed est alia exemptio contra naturam, quod quis per priuilegium & consuetudinem iam præscriptam sine culpa Prælati eximatur a iurisdictione eius. In iis.n. quę sunt contra naturam quantūcunq; assueta, consuetudo non preualet: nam secundū philosophum, si millies lapis proiiciatur sursum, nūquā assuescit ire sursum. Contra naturā.n. est, quod aliquis qui debet esse sub Prelato, & per prælatum debet reduci in summum Pontificum, remoueatur de suo loco quasi naturali, secundū quem debuit esse sub Prælato, & immediate collocetur sub summo Pontifice. Et quia hoc facit exemptio, merito debet dici contra naturam, dummodo hoc fiat sine culpa Prelati. Propter quod sicut exemptionem illam, quā diximus esse quasi naturalem, summus Pontifex debet fouere & custodire: sic exemptionem istam non naturalem, sed magis contra naturam, debet non permittere, sed tollere, nisi pro magna & euidenti vtilitate Ecclesiæ eam faciat vel permittat.

Lib. 2. (margin, beside "naturam: naturalis est.n. vt habetur in Ethicis")

1. Cæli. tex. 15. (margin, beside "non naturalia vero secundum Philosophum")

Cap. V. ꝙ exemptio repugnat ordini elementorum, cui se debet Ecclesiastica Hierarchia conformare.



Boethius in libro de Philosophica cōsolatione in illo cap. Qui perpetua) loquens de ordine elementorum, ait,

Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis, Arida cōueniāt liqdis, &c.

Lib. 3. metr. 9 (margin)

Deus numeris, idest proportionibus ligat. i. connectit elementa, vt frigora. i. elemēta frigida cōueniāt & cōnectanē flāmis. i. cū elemētis calidis: & vt arida. i. elemēta sicca cōueniant & cōnectātur liquidis, id est elementis humidis. Ista autem conuenientia et iste connexus non est nisi per qualitatem cōmunem. Sic.n. elementa connectuntur, quod terra imediate se habet ad aquā. Nam a principio tota terra erat cooperta aqs, sed verbo & præcepto diuino cōgregatæ sunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida, idest

terra: & ex hoc mandato diuino non tota ter-
ra cooperta est aquis, sed maior pars terræ: &
quia a maiori parte fit denominatio totius, poni
mus terrã immediate adhęrere aquis. Neq; pos
set ibi esse connexio inter aquã & terrã, nisi ali-
qua vna & eadẽ qualitas cõmunis eis esset quę
ea connectat: & ista qualitas est frigiditas. Nam
licet in hoc discordent terra & aqua, quia aqua
est elementũ liquidum siue humidum, & terra
est elementum aridũ seu siccum; tñ in hoc con
ueniunt quia vtrunq; elementũ est frigidum. Et
sic terra & aqua proportione quadam ligãtur,
& cõnectuntur, quia licet terra sit elementũ ari
dum, & aqua liquidum, vtrunq; tñ elementũ est
frigidum. Sic aqua & aer per qualitatem cõmu-
nem ligantur & connectuntur: in connexione
quidem terræ & aquæ arida conueniunt & cõ-
nectuntur liquidis, quæ connexio est in frigidi-
ditate, quia tam aqua q̃ terra sunt frigida: sed in
connexione aquæ & aeris, frigida conueniunt
flammis, idest calidis, quia aqua est frigida, & aer
calidus: ista autẽ conuenientia & ista connexio
quæ est inter aerem & aquam sumi potest inter
calida & frigida per qualitatẽ cõmunem, quæ
est humiditas: nam tam aer q̃ aqua sunt elemen
ta humida. Et quod dictum est de elemento a-
quę & aeris, quorum vnum est frigidum, alterũ
calidũ, ꝙ connectantur per qualitatem cõmu-
nem vt per humiditatem, quia vtrũq; elementũ
est humidũ, veritatẽ habet de elemento aeris &
ignis, quia vnum est humidũ, & aliud est siccũ,
sed vtrunq; elementũ est calidum: connectunt
ergo per qualitatẽ cõmunem quæ est caliditas.
Numeris ergo, idest proportionibus, & quibus
dam cõuenientiis elementa nectuntur & ligan-
tur, vt elementa quæ sunt simul coniuncta non
omnimodã repugnantiam habeant, sed simul
cum repugnantia habeant quandam conueniẽ
tiam, vt ex illa conuenire & connecti dicantur.
Ex his itaq;, si bene inspiciatur quid est Exem-
ptio, apparebit quód est contra ordinem elemẽ
torum naturalem, cui ordini Hierarchia eccle- Exemptio.
siastica se debet pro viribus conformare. Hoc
est.n.exemptio, quód infimũ coniungatur supe
riori sine medio, vt quód aliqui sint immediate
sub Papa, sine Archiepiscopo, aut Ep̃o medio:
qđ est ponere, ac si aqua, quæ est frigida & hu-
mida, coniungatur igni qui est calidus & siccus,
absq; aere medio: aer n. mediat inter aquam &
ignem, quia cũ vtroq; habet conuenientiã, con
uenit.n.cum igne in caliditate, cum aqua in hu
miditate: vt ex hoc quędam proportio, quędã
consonantia oriatur: & ex hoc quædam Melo
dia resultet, quia melodia & armonia non solũ
in vocibus, sed ẽt in rebus naturalibus inueniũ-
tur, iuxta illud Iob. 38. Quis enarrabit cęlorum Iob.38.d
rõnem, & concẽtũ cęli quis dormire faciet? In-
ter ipsos enim cęlos est quędam ratio & quędã
proportio: nam Deus omnia in sapientia fecit,
& sunt in sapientia facta: & quæ sunt in sapiẽtia

A facta, in quadam ratione & ꝓportione sunt con
dita. Istam autẽ rationem & proportionem ad
plenum narrare non possumus, quia vt dicitur
Sapientiæ. 9. Difficile æstimamus quæ in terra Sap.9.d
sunt: & quæ in prospectu sunt inuenimus cũ la
bore: quæ autem in cęlis sunt quis inuestigabit?
Sicut igitur in cęlis est quidã concentus.i.quidã
animi cantus, non quód ibi sit sonus & scissura
alicuius corporis, sicut hic fiunt soni ex natura
aeris, quia ibi peregrinæ impressiones reperiri
non possunt: sed dicitur ibi cõcentus, idest can
tus, quia est ibi quędam proportio, ex qua quę-
dam melodia, quædam armonia, & quidam can
tus ibi esse creditur. Istum autem cantũ, armo-
niam & melodiam solus Deus dormire facit.i.
B quiescere, vt non dissoluat: & sic armonia & me
lodia & cantus est inter ipsos cęlos. Sic etiã inter
ipsa elemẽta est armonia: ista autẽ armonia vel
melodia fit a sup̃iori in inferius per corpus me-
dium, vt fit ab igne in aquam per aerem. Et fit
in cęlo Empyrio, quod est omnino stabile, in
cęlis Planetarum, qui mouentur diuersis moti-
bus per primum mobile, quod mouet vno solo
motu. Cum ergo Exemptio tollat rem mediã,
& coniungat inferius superiori sine medio, tol-
lit istam proportionem, & istam melodiã; & re
pugnat illi cursui naturali, cui se debet confor-
mare Hierarchia ecclesiastica; qa posiriua quan
to sunt magis conformia motui & cursui natu
rali, tãto magis stabilia & ꝑpetua esse cernunt.
C

*Cap. VI. ꝙ ex ordine elementorum datur sufficien-
ter intelligi qualis & quomodo de-
beat esse* Exemptio.



Voniam de ordine ele
mentorum locuti su-
mus, volumus declara-
re quód ex ipso ordi-
ne elementorũ sufficiẽ
ter instruimur qualis et
quomodo debeat esse
exemptio. Videmus.n.
ꝙ inter ipsa elementa
D nunq̃ totum elementum inferius coniungitur
superiori suo sine medio, sed solum quantũ ad
minorem partem, vt terra coniungitur aeri sine
aqua non quantũ ad se totam, sed quantum ad
partem habitabilem, quæ est longe breuior q̃
sit reliqua pars terrę: & hoc pro quadam maxi
ma vtilitate publica inde venienti, quia si tota
terra esset cooperta aquis, homines & iumenta
& alia animalia, quæ sunt ornamenta terre, vi-
uere non valerent: ipsæ etiã arbores, quæ sunt
ornamenta terræ (terra sic existente cooperta)
in terra saluari non possent: propter ꝙ Gen. 1.
Primó dixit Deus, Congregentur aquæ, quæ
sub cęlo sunt, in locum vnum, & appareat ari
da: & postea dixit, Germinet terra herbam vi-
rentem

tentem etecę. Pro tanta ergo vtilitate publica
terra immediate adhęret aeri sine aqua media.
Sed in aliquibus elementis, & maxime in his
quæ sunt multum actiua, vt puta ꝙ ignis imme-
diate adhęreat aquę sine aere medio, immedia-
tio esse non potest. Ex hoc ergo datur nobis in
telligi ꝙ paucę debent esse exemptiones, & in
paucis inueniri debet quòd inferius iungatur su
periori sine medio: & in illis paucis hoc fieri de-
bet pro vtilitate publica & magna inde eueniē-
ti, sicut posuimus exemplū de studio, vt quia tan
ta vtilitas prouenit ecclesiæ de studio & ex sciē-
tia: quia ex ea nutritur fides & roboratur, si pri-
uilegia & exemptiones concedantur alicui vni-
uersitati, vel alicui religioni deditę studio totali-
ter, potest inde summus pontifex meritò cōmē
dari. Possumus autem immediationē elemento
rum vt quòd coniungatur inferius elementum
superiori sine medio aliquā possibilem ponere,
aliquā vero impossibilē. Possibilem possumus
non totalem: nam licet naturaliter inter terram
& aerem sit aqua media, voluit tamen Deus ter
ram & circa aliquā sui partem vt circa Septem-
trionem habere aliquā alticiem & montuosita-
tem, vt nō posset tota illa pars cooperiri aquis,
sed possint ibi saluari animalia & plantæ. In tali
bus ergo elementis vt inter aerem & terrā quā-
tum ad aliquam sui partem potest esse immedia
tio sine aqua media, sed in aliquibus elemētis vt
inter aquam & ignem non potest esse immedia
tio sine aere medio, quia statim vnū corrumpe-
retur ab alio. Ea igitur quę videmus in ordine
elementorū secundū possibilitatem & impossi-
bilitatem, possumus adaptare ad status ecclesia-
sticos secundū decentiam & indecentiā, et secun
dum vtilitatem et nocumentum: nam exemptio
habet maiorem decentiā cum pauptate quàm
cum diuitiis; et cōuenientius et decentius et ma
NOTA. gis vtile est Ecclesiæ ꝙ religiosi pauperes sint
exempti q̃ religiosi diuites propter tria. Primo
propter ociositatem: nam diuites (loquēdo cō-
muniter) sunt magis ociosi q̃ pauperes, q̃a ma
gis habent sufficientiam vitæ q̃ habeant paupe
res; & ideo magis vacant ocio q̃ pauperes: et va
cantes ocio incidunt in cogitationes vanas et
prauas, vt cogitent quæ non licent: et cogitan
do perficiant, cum non oporteat eos laborare,
& retrahi a cogitationibus suis: et istud dicitur
Ezech. 16. f. fuisse peccatū Sodomę, iuxta illud Ezech. 16.
Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę su
perbia, saturitas panis et abundantia, et ocium.
Secunda ratio ad hoc est prosperitas, quæ in ea
dem auctoritate exprimitur cum dr̄, Saturitas et
abundātia panis: ad quod potest adduci aucto
ritas Psalmi cum dicit̄, Cadent a latere tuo mil-
le et decem milia a dextris tuis: pro vno. n. qui
cadit a latere, idest a sinistra in aduersitate, sunt
decem, qui cadunt a dextris tuis in p̄speritate.
Tertio hoc idem patet ex quadā securitate: est
enim secundū philosophū, denarius fideiussor
A noster, vt habetur in Politicis: nā sicut hñs dena 1. Pol. c. 6
rium habet denariata: ideo denarius possidenti
bus dicitur fideiussor, quia quotienscūq; volue
rit pro denario habebit denariata: tam sunt igit̄
diuitiæ nostrę, vt denariata sint in denariis, qui
sunt fideiussores nostri, securitatem rerū oīum
nobis reddentes. Hanc ergo securitatē cum di-
uites habeant, non ponunt Deum adiutorem
suum, sed confidūt in diuitiis suis. Tales inquā,
sunt viri diuitiarum, qui confidentes in diuitiis Psal. 75.
suis, dormiunt somnum suū, quia eis hęc vita
est quasi quoddā somnium: quia sicut homo in
somniis non sufficiēter cogitat, & facilius assen-
tit illecebris, sic homines diuitiarum facilius ad il
lecebra inclinantur. Bene etiā tales dicunt̄ viri
B diuitiarum, & non diuitiæ virorū, quia magis
possidentur a diuitiis, q̃ possident eas. Et quod
dictum est de religiosis diuitibus, in ipsis etiam
Capitulis, quorū fundamentū sunt diuitię, veri
tatem habet: quia vacantes otio, abundantes di
uitiis, & confidentes de diuitiis, nō cogitant qd
proficuum, sed quid dānosum: nec in cordibus
suis ruminant, quomodo Ecclesiæ proficiant,
sed quomodo Prælatum impediant, & impin-
guati recalcitrant, qui si exemptione carerent,
humiliter obedirent. Religiosi autē pauperes
in omnibus his contrarias conditiones habēt,
quia non sunt otiosi, sed studiosi: vident. n. nisi
sint studiosi & sapientes, ꝙ non habētur in prę
tio: ideo totam suā vitam ordinant, vt studiosi &
C sapientes fiant. Sicut ergo, vt ait Philosophus
in Ethicis, Apud illos sunt viri bellicosi, apud
quos honorantur fortes: sic apud Religiosos
pauperes sunt viri intelligentes & studiosi, quia
apud eos honorantur sapientes. Secundo ad
Religiosos pauperes possumus adaptare cōtra
riū eius quod dicebatur de vitis diuitiarum siue
de diuitibus, quia sicut in diuitibus est abūdantia
& prosperitas, sic in pauperibus est pecunia &
aduersitas: & sicut diuites dicuntur esse in manu
dextra ꝑpter prosperitatē, sic pauperes dicūtur
esse in sinistra ꝑpter paupertatē, vt dictum est
per Prophetam, Vbi cadit vnus a latere & a si-
nistra, cadūt decem in prosperitate & a dextra.
Propter quòd magis est ꝓficuū ecclesiæ quòd
D pauperes exemptione pręemineāt, q̃ ꝙ diuites.
Possumus etiam dicere quòd Religiosi paupe
res quia oportet eos mendicare, & per bonam
famā suæ vitæ sustentationē quærere, si faciunt
excessum, & seculū scandalizant, oportet illud
scandalum per correctionē tollere, & a scanda
lo abstinere, vt possint se ad honorabilem sta-
tum reducere, aliter vitę necessaria non hērent:
sed diuites nō sic curant de scandalis, cū videāt
se sine quæstu habere sufficientiam vitæ. Posset Obiectio.
ad hoc idem de Pręlatis dici per abundantiam,
quam videntur habere. Sed, vt Philosophus Dilutio.
ait in lib. Rhetoricorū, semper mores diuitum
sunt peiores moribus potentū: potētes enim &
habentes iurisdictionem siue temporalem, siue

spiritualem,quia occupati sunt circa multa, nō vacat eis malefacere: quod nō est dicendum de diuitibus, qui solum hñt abundantiam temporalium,& non habent iurisdictionis occupationem. Tertiò religiosi pauperes sunt contrarii diuitibus quantū ad securitatem, quia non confidentes de diuitiis quas non hñt, oportet ꝙ omnibus placeant, & ab omnibus sint in honorē, vt possint ab omnibus subueniri. Cū ergo exēptio sit contra naturam quia cōiungit inferius suo superiori sine medio,& naturale sit contrarium quòd inferius suo superiori per mediū cōiungatur, nō debet summus Pontifex vllā concedere exemptionem, immo cōcessam vel aliàs obtentam potius debet tollere, nisi hoc faciat pro vtilitate ecclesiæ magna: & hoc magis debet facere in pauperibus q̃ in diuitibus, quia in pauperibus & maxime religiosis, cōmunis vtilitas studii cernitur prouenire. Aduertendum, ꝙ Exemptio dicit̃ esse contra naturam, quia est cōtra quandam imitationem naturalem: quia naturaliter ius positiuum debet imitari ius naturale,& ars debet imitari naturam,& intellectus humanus, a quo est ars & ius positiuum, debet imitari intellectum diuinum, a quo est omnis natura, & omne quod est naturale. Et quia tam in elementis, q̃ in aliis rebus naturalibus (vt est per habita manifestum) modo quo dictum est, contra naturam est, quòd inferius iungat̃ superiori sine medio,& ideo rationabiliter dictum est exēptionem esse contra naturam.

Cap. VII. ꝙ Exemptio contradicit ordini vniuersi et suarum partium, cui se debet Hierarchia Ecclesiastica conformare.

Ex disput. 13 i solut. 4. dubij.



Ommentator in. 9. Metaphysicorum, multum habet pro inconuenienti quòd sit vnum agens quod agat sine medio, & quòd Deus faciat omnes actiōes sine medio, & quòd res sint destitutæ actionibus propriis: & quia lex christiana hoc ponit quantū ad posse licet non quantum ad agere, agit actione rerum mediantibus rebus, ita quòd res non sint destitutæ propriis operationibus: calefacit.n. non omnino immediatè, sed mediante igne. Et licet hoc sit verum quantū ad agere, non tamē est verum quātū ad posse: pōt.n. calefacere sine igne,& humectare sine aqua: sed rarò hoc facit: rarò.n. facit opera rerū sine rebus,& rarò subtrahit rebus operationes ꝓprias. tñ vtrūq; facit & vtrūq; pōt: pōt.n. actiōes rerū agere sine rebus, quia potest humectare sine aqua,& calefacere sine igne: & pōt rebus subtrahere operationes proprias, quia potest quòd aliquis in ignem nō

A calefiat, & quòd aliquis pergens super aquas non madefaciat sibi pedes. Cōmentator tamen in præfato libro, hoc pro valde inconuenienti habet: ait.n. quòd moderni (hoc potest intelligi de christianis) ponunt vnum agens omnia entia sine medio scilicet: & subdit, ꝙ contingit istis: vt nullum ens habeat actionē propriam: & cū omnia entia nō habeant actiones proprias, nō habebunt etiā essentias proprias, quia actiones (vt ait) non diuersificantur, nisi per essentias diuersas: & subdit, ꝙ ista opinio est valde extranea a natura hominis: & qui recipiunt huiusmodi opinionē, non habent cerebrū valde habile ad bonum. Fuit ergo magnū inconueniens apud eos, ꝙ res essent destitutæ propriis operationi-
B bus, quia tunc essent destitutæ propriis substantiis, cum non diuersificentur operationes rerū, nisi quia substantiæ rerum sunt diuersæ: videretur.n. ꝙ si res non haberent operationes proprias, non haberent naturas & substantias proprias. Ponens ergo secūdū eos, ꝙ exuritur igne non calefit ab igne,& ponens quòd pergens super aquas non madefit ab aqua, est ponere secundū eos, quòd ignis nō sit ignis, & aqua nō sit aqua. Tamen si cōsideramus veritatē rerum non est ex impotētia creatoris, quin possit sine rebus mediis operationes facere; & quin possit ab oībus rebus suas operationes subtrahere: Deus est enim omniū potens, qui habet omne posse; & ideo habet omne posse. quia habet om-
C ne esse: quia ergo sicut res se hñt ad esse, ita se habent ad posse & ad agere: vt quod habet esse calidū, habet posse calefacere,& habet tale agere, quia præsente calefactibili calefacit. Cū ergo esse diuinum sit esse infinitum, oportet quòd in illo esse congregetur omne esse: & ideo Dionysius in de Angelica Hierarchia ait, ꝙ esse oīum est in esse Dei. Habet ergo Deus omne posse, quia habet omne esse: & solum illud Deus non potest, quod subterfugit rationem entis. Contradictionem ergo Deus non pōt, quia hoc est potentiæ quæ subterfugit rōnem entis: nā hoc est cōtradici, verificari ponens, aliquid simul esse & non esse, quod est impossibile. Reuertamur ergo ad propositū, & dicamus quòd Deus habet omne posse, quia habet omne esse, ita quòd
D omne esse creaturarū est quędam participatio diuini esse: propter ꝙ si in Deo congregat̃ omne esse, congregabitur in eo omne posse, vt possit sine creaturis agere omnia opera creaturarum. Nec est propter indigentiā Dei, ꝙ Deus calefaciat mediante igne, & humectet mediante aqua; sed hoc est quia non vult Deus res esse superuacuas et ociosas, sed vult suam dignitatē cōmunicare creaturis. Et licet hmōi dicta sub quodam inuolucro in præcedentibus sint tacta, in hoc tamē capitulo sunt lucidius declarata. Hęc autem si volumus adaptare ad summum Pontificem, dicemus, quòd summus Pontifex potest omnia sine Prę latis mediis, quia tamen Ordina

rius

rius vbiq; est, non decet eum facere omnia sine A Prælatis: quia sicut Deus facit res cõmunes mediantibus rebus ipsis, & vult dignitatem suã cõmunicare rebus suis: ita summus Põtifex debet actiones Prælatorum facere mediantibus prælatis: & decens est ipsum velle suam dignitatem cõmunicare ipsis prælatis. Et licet hoc non sit in Deo ex aliqua indigentia, quia posset facere actiones sine creaturis: in summo Pontifice qa homo est, & non Deus, licet sit Vicarius Dei, hoc est ex aliqua indigentia, quia non põt sine adiutoriis mediis: ideo cum aliquos ordinat dicit, Quanto fragiliores sumus, taoto his potius indigemus. Si ergo Deus apud quem nõ est indigentia, & posset totum sine difficultate facere, non vult res destituere propriis operationibus, B sed vult eis suam dignitatẽ cõmunicare: & si aliquando hoc Deus facit, nõ facit nisi pro aliqua publica & euidenti vtilitate ecclesiæ & fidei. Sic quia eximere aliquos alios a iurisdictione Prælatorum, hoc est facere opera Prælatorum sine prælatis, & hoc est destituere prælatos quantũ ad Exemptos propriis opationibus, & hoc ſm Philosophos, quantum ad exemptos, est facere prælatos nõ esse Prelatos: non ergo debet hoc facere, licet possit, nisi pro euidẽti & publica vtilitate fidei & ecclesiæ. Vt autem declaremus ꝙ in capitulo agitur, quod Exemptio est cõtra ordinem Vniuersi, adducemus auctoritatem Augustini de ordine corporalis & spiritualis creaturæ, ex quibus duobus totum componitur vni- C uersum: sunt .n. duæ principales partes Vniuersi, corpus & spiritus, ex quibus componitur homo; ppter ꝙ merito dicitur totus mundus.

Homo dicitur totus mundus.

Erunt ergo tres ordines in vniuerso, vnus qui est totius vniuersi tam corporũ q̃ spirituũ: secũdus qui est ipsorum corporũ: tertius qui est ipsorum spirituũ. Totum autẽ vniuersum hẽt tres partes, corpora inferiora, corpora superiora, & spiritus: corpora inferiora vt elementa reguntur per corpora superiora & potentiora, vt per supercęlestia: & omnia corpora per spiritus, siue per spirituales substantias. Exemptio autem cõtradicit huic ordini qui est Vniuersi, quia reducit infimum supremo sine medio: quia reducit inferiores personas, qui debent esse sub Præla- D tis, in supremũ Prelatum, sine Prælatis mediis. Si ergo Deus hoc ordine regit vniuersum, ꝙ reducit inferiora corpora, idest elementa in superiores substantias, idest spiritus per corpora media, idest per cęlestia, quæ sunt media inter spirituales substantias & hæc elementa: sũmus Põtifex, qui est Dei Vicarius, & debet se conformare Deo, hoc modo debet regere vniuersalẽ ecclesiam, ꝙ personas inferiores debet reducere in seipsum, qui est supremus Prælatus, per Prælatos medios. De hoc autem ordine totius Vniuersi loquitur Augustinus lib. 3. de Trin. cap. 4. ꝙ Deus corpora grossiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodã ordine regit: & omnia corpora per spũs. Hũc aũt ordinẽ, quẽ videmus in toto vniuerso cõposito ex corpibus & spiritibus siue ex corpalibus & spũalibus substãtiis, repimus ẽs inter ipsa corpora, quia elemẽta superiora, vt aer, ignis reguntur per corpa supcęlestia: elementa autẽ inferiora vt terra, aqua reguntur per elementa superiora, non quin influentia cęlestis pertingat vsq; ad elementa inferiora, sed nũq̃ pertingit ad ea nisi mediantibus elemẽtis superioribus, quæ sunt media inter cælestia & elementa inferiora. Sic influentia summi Pontificis ad quascunq; infimas personas in ecclesia: sed debet ista influentia pertingere per prelatos medios, vt nullus sit qui se abscondat a calore eiusdem & aliorum Prælatorũ. Et sicut B in corporibus repetitur ordo, quia corpora inferiora reducuntur ad superiora per media; sic in ipsis spiritibus (qui sunt altera pars Vniuersi, quia corpora & spiritus totum vniuersum constituunt) reperitur ordo, quia ſm Augustinum prefato libro & capite, spiritus vitę irrationalis regitur per spiritum vitæ rationalis: & spiritus vitę rationalis desertor atq; peccator, per spiritũ vitę rationalem iustum & pium: & ille per spiritum Domini, ac si vniuersa creatura per creatorem suum, per quem & in quo cõdita est atq; constituta. Et quia Deus ordinate cuncta fecit, decet summum Pontificem ordinate cuncta pagere. Cum ergo per exemptionẽ ipse ordinatissimus ordo intercidatur, non decet summum C Pontificem exemptionẽ facere vel concedere, sed potius factam & concessam tollere, nisi hoc fit p magna & euidẽti vtilitate ecclesię, & Reipublicę effectui mancipetur. Sed cum ex hoc vtilitas Reip. nõ oritur, sed impeditur, nulli debet esse dubium, Exemptionem huiusmodi esse tollendam.

Cap. VIII. ꝙ exemptio contradicit his quæ uidemus in istis corporibus inferioribus, prout in eis reperiuntur diuersi gradus.



Icet elementa inferiora reducantur in corpora cęlestia per elemẽta media, tamen prę ter elemẽta inuenimus corpora mixta ex elementis, in qbus sunt diuersi gradus, quia huiusmodi corpora mixta ex elemẽtis cõposita quædam sunt inanimata, quędam animata anima vegetabili, & quædam anima sensibili: ipsa etiam animata anima sensibili ſm Philosophum diuidũtur in tres gradus, videlicet in sensitiuum, secundum locũ motiuũ, & intellectiuũ: nam quędã animata sensitiua sic sentiunt ꝙ nõ mouentur ſcđm locum sicut videmus de ostreis marinis quæ non mouenẽ de loco suo, sed solũ

mouent se secundū aperitionē & constrictio-
nem, aperiunt. n se & restringunt, & isto modo
nutriuntur, recipiēdo aquas matis vel aliud ele
mentum, & viuunt. Aliqua autē animata sensi
ua non solum sentiunt, sed mouentur fm locū.
Hæc autem animata licet sint non solum sensi
ua sed secundū locū motiua, tñ multa ex eis ca-
rēt ratione & intellectu, cuiusmodi sunt omnia
irrationalia. Oportet ergo dare tertium gradū
sensitiuorū qui hēt rōnem & intellectū, cuius-
modi homo est. Animatum ergo anima sensi
ua habet tres gradus, sensitiuum, fm locū mo-
tiuū, & intellectiuū. Omnia ergo hęc enumera
ta fm inferius & superius participant entis di-
gnitatem, quia inanimata indigniora sunt ani-
matis anima vegetatiua: & ipsa vegetatiua sunt
indigniora animatis anima sensitiua. & sensitiua,
quæ non mouētur fm locum, sunt indigniora
his, quę mouentur fm locum: & quæ non intel
ligunt sunt indigniora his, quæ hñt rōnē & in-
tellectum. Sicut ergo volens ęquiparare innani
mata animatis, & animata anima vegetatiua ani
matis anima sensibili, & sic de aliis gradibus, fa-
cit contra naturā istorum corporū; sic volens in
feriore personas æqparare pręlatis, vt sint im-
mediate subiectę summo Pōtifici sicut sunt Prę
lati, facit contra naturam subiectionis, & contra
ordinem ecclesiæ, in qua debent aliqui pręesse,
aliqui subesse suo ordine debito, vt semper infe-
riora reducantur in superiora per mediaimmo
NOTA. si bene consideramus, Exemptio non solū ęqui
parat subditos Pręlatis, immo facit eos supra
Pręlatos, quia pręlati ipsi quodā ordine redu-
cuntur in summum Pontificem, vt Epi per Ar-
chiepiscopos, & Archiepiscopi per Primates &
Patriarchas. Tollere ergo istum ordinem p san
ctos patres & Apostolos ductum in Ecclesia, ni
si vt sæpe sæpius diximus, hoc fiat pro notoria
& euidenti Reip. & populi christiani vtilitate, re
cta ratio contra dictat. Non tñ dicimus quin ele
menta inferiora vtputa terra, quod est infimum
corporum, possit æquari cælis, & non solū con
iungi cęlo sed exaltari super omnes cęlos, p ma
nifesta & euidenti vtilitate, & regimine vniuersi,
& exaltatione iustorū. Nam terra quę est in cor
pore Christi, quia corpus eius fuit compositum
ex quatuor elementis, & in eius corpore adhuc
sunt quatuor elementa sicut sunt in aliis corpo-
ribus humanis, quia per omnia voluit fratribus
assimilari, & per omnia assimilatus est nobis, qñ
per humanam naturā factus est homo sicut &
nos homines sumus; illud. n. & idem corpus &
sic compositum quod hñt nunc sancti ad sarci-
nam, habebunt in resurrectione ad gloriam: &
corpora sanctorū post resurrectionē eleuabū-
tur ad cęlū Empyrium quod est super omnes
cęlos alios, vbi nunc est verè corpus Christi, q
cum corpore suo quod cōtraxit de B. Virgine,
& quod compositum est ex quatuor elementis,
ascendit super omnes cęlos, & sedet ad dexterā

A Dei Patris. Omnia ergo elementa, & etiam ipsa
terra vt est de cōpositione illius corporis, opor
tet quòd sint eleuata sup cęlos, quia sicut cōpo
situm non habet esse sine suis componentibus;
sic non pōt eleuari compositū sine suis compo
nibilibus. Et quia ppter electos facta est ista cor
porum exaltatio, & ad hoc tendit tota ecclesia,
pro ista maxima & euidenti excellentia electo-
rum, elementa & ipsa terra vt est de compositio
ne corporum eorū non solū cōiungetur cęlo,
sed etiam eleuabitur super omnes cęlos. Eo tñ
modo eleuabuntur elementa quæ sunt de cor-
porum inferiorum electorū cōpositione, quo
manent in mixto: quia elemēta quæ sunt de cō-
positione mistorum non manent in mixto fm
B essentiam sed fm virtutem: nā fm Philosophū
in libro de Gen. cap. de Mixtione, vbi assignat
modum, quomodo miscibilia vel elementa ma-
neant in mixto, ait, quòd saluatur virtus eorum;
idest sunt vel saluantur in mixto fm virtutem:
Ergo sicut pro euidenti excellentia iustorū, ad
quam ordinantur omnes ordines ecclesiastici;
potest terra, quod est infimum elemētum, imme
diate coniungi supremo cęlo, & immediate col
locari in cęlo empyrio: sic pro euidenti vtilita-
te & pro defensione fidei sapientes & infimæ p-
sonę pñt gaudere exēptione, & immediate col
locari sub summo cęlo. i. sub summo Pontifice.

Cap. IX. ꝙ per ea quæ uidemus in homine, qui est
C *dignissima creatura, & animalium optimū,*
possumus specialiter concludere, ꝙ
Exemptio sit contra naturā.



I cōsideramus quę sunt in
homine quātū ad corpus,
habebimus speciale argu-
mentum, ꝙ Exemptio est
contra naturam. Si etiā cō-
sideramus corpus humanū
in suo primordio, quomo
do de vno modo viuēdi tendit in alium modū
viuendi, & ꝙ nunq̄ de infimo modo viuēdi ten
D dit ad supremum sine medio, apparebit ex hoc
specialis ratio ꝙ exemptio, quæ sine medio ten
dit in supremū, est cōtra naturā. Habet corpus
humanum cum adhuc est embryo, fm Philo-
sophum in libro de Animalibus, triplicem mo
dum viuendi, quia primo viuit vita plantæ, secū
do vita animalis, tertio vita hominis. Viuit. n.
primo vita plantæ, quia nutrit & augetur sicut
planta: ita ꝙ si pungeretur cum acu non senti-
ret quandiu viuit tali vita. Deinde anteq̄ infun-
datur anima rationalis (quæ non infundit nisi
post perfectionē omnium membrorū) incipit
sentire, & viuit vita animalis. Post infusionē ani
mę rōnalis, viuit vita hominis. Sed si volumus
consequi modum loquendi Augustini lib. 83.
quæst.

quæst.q. 56, dicemus, ꝙ fętus in vtero per sex
dies est quasi lac, per nouem dies est quasi san-
guis, per duodecim dies consolidat̃ & est quasi
caro, per decem & octo dies formant̃ & linean
tur membra, qui dies oẽs simul sumpti faciunt
quadraginta quinq;: & quia in illo puncto, in
quo sunt omnia membra lineata, infundit̃ ani-
ma rationalis: secundũ hunc modũ in masculis
45. die infunditur anima rõnalis. Aduertendũ
tñ, quod hoc dicimus esse in masculis, quia fę-
minę in vtero ꝑpter molitiem & labilitatem ma
terię non ita cito formant̃ & lineãtur, sed post-
q̃ formatæ & lineatæ sunt, citius perficiunt̃: ꝑp
quod si mares pręcedunt eas in lineatione quia
citius lineantur, non præcedũt eas, immo sequũ
tur & apponunt bis de tempore quantũ ad exi
tum de vtero, quod non apponunt fęminæ: &
hoc modo si totũ tempus computetur, quo fę-
tus stat in vtero, non oportet quod ante exeat
de vtero, vel quod ante nascatur de vtero fętus
masculinus q̃ fęmininus. Aduertendũ ẽt, quod
naturalia non semp sunt secundũ eundem pun
ctum, sed aliqua ponunt plus de tẽpore, aliqua
minus. Augustinus narrans tempus quod appo
nit fętus in vtero ante infusionem animæ, dicit
ꝙ maius tp̃s, quod apponitur in lacte, sunt sex
dies. Aliqui n. fętus ſm sententiã Philosopho-
rum anticipant istud tempus, vt nõ fiat fętus cõ
plete per sex dies in lacte. & sic etiã de sanguine,
& carne, & lineatione membrorum aliqui fętus
anticipant tempus ab Augustino positum, vt in
quadragesimo die possit infundi anima, vel etiã
in minori tempore. His autẽ suppositis ꝙ fętus
per aliquod tp̃s sit quasi lac, per aliquod quasi
sanguis, per aliquod quasi caro, & per aliquod
tempus formentur & lineẽtur membra, qua for
matione & lineatione facta infunditur anima ra
tionalis: ex his possumus scire per quantũ tem-
pus viuit vita plantę, & per quantum tempus vi
ta animalis. & in quo tẽpore incipit viuere vita
hominis: nam toto illo tẽpore, quo est quasi lac
vel quasi sanguis, oportet ꝙ viuat vita plantæ,
ita quod si pungeretur acu non sentiret: nã nec
in sanguine nec in lacte pñt esse nerui qui sunt
organũ tactus, ꝑ quos sentimus, cum quis nos
pũgit. Potest ergo fętus cum est lac vel sanguis
viuere vita plantæ, & nutriri & augeri sicut nu-
tritur & augetur planta. Sed cum incipit ibi esse
caro, incipiunt ibi nerui apparere, & si pungere
tur, inciperet sentire: ꝑpter quod in totum illud
tempus in quo est caro, & in quo lineantur mẽ
bra, potest dici viuere vita animalis, quia omne
quod sentit est animal: sed non debet dici quod
viuat vita hominis, quia nondum ante comple
tam lineationem membrorũ, est sibi infusa rõna
lis anima, sed in illo instanti in quo sunt omnia
membra complete lineata, creditur quod ani-
ma a Deo creando infundatur & infundendo
creetur, vt ex tunc incipit viuere vita hominis,
cuius forma specifica est rationalis anima. Si er-

A go sic est in compositione hominis, vt non fiat
transitus de inferiori ad superius sine medio, &
a vita plantæ non fiat transitus ad vitam homi-
nis sine vita animalis; vel in fętu humano non
fiat trãsitus a vegetatiuo ad intellectiuũ sine sen
sitiuo medio: sic etiam cum ecclesia cõposita sit
ex hominibus, debet considerare summus Pon
tifex cum ipse sit hõ, quomodo formauit Deus
ipsum in vtero, quia non statim a vita vegetati
ua transtulit ipsum ad vitam intellectiuam, sed
hoc fecit mediante vita sensitiua: voluit. n. Deus
a vegetatiuo quod est inferius, transire ad intel
lectiuũ quod est superius, nõ sine sensitiuo me-
dio. Sicut. n. Deus sic formauit in vtero, quodã
ordine debito; sic ipse debet regere & formare
B ecclesiam, idest totũ populum christianũ quo-
dam ordine debito, vt non transeat ab inferiori
ad superius sine medio. Et quia hoc facit Exem
ptio, quia coniungit inferius superiori sine me-
dio pertinente, ideo summus Pontifex exẽptio
nem faciens vel tollerans, facit contra suam for
mationẽ, & contra seipsum. Nec dicimus quod
hoc non posset facere, quia & Deus, cuius Vica
rius est, non in omnibus hunc ordinem tenuit,
licet valde paucos ab hoc ordine exemerit: non
enim exemit nisi tres vel tria corpora. s. Adam,
cuius corpus formatũ fuit de limo terrę. Euam,
cuius corpus formatum fuit immediate de costa
Adæ, vt habet̃ Gen. 2. non de costa sine carne,
sed de costa cum carne: nam cum adducta fuit
C Eua ad Adam, ait Adam, Hoc os de ossibus
meis, et caro de carne mea. Tertius, qui fuit exẽ
ptus ab hoc ordine, fuit christus, cuius corpus
non prius fuit lac, postea sanguis, postea caro,
& postea formata sunt eius membra, sed statim
in illo instanti, in quo dixit B. Virgo, Ecce ancil
la Domini fiat mihi secundũ verbum tuũ, statim
superuenit in ea Spiritussanctus, & statim virtu
te Spiritussancti, vel virtute totius Trinitatis &
appropriate Spiritussancti, Verbum in vtero fa
ctũ est Caro, vt vult Gregorius in moralibus.
Augustinus tñ. 2. de Trinitate, cap. 6. exponit,
quomodo debet intelligi, quod Verbum factũ
est caro: quia ibi caro stat pro homine: & idem
est dicere, Verbum caro factum est, ac si dicere
D mus, Verbum factum est homo. Sunt ergo qua
tuor formationes humanę: vna generalis secũ-
dum quã omnes homines formati sunt, formã-
tur, & formabuntur: & tres exemptæ, quę ad so
lum Deum pertinent, quia solus Deus potuit
illas tres formationes facere. Omnes tamen hę
quatuor formationes sunt dissimiles, vt non sit
vna sicut alia: Adam. n. formatus fuit de terra,
sine ꝑcedente viro & fęmina: Eua formata fuit
sine fęmina præcedente: Christus de fęmina
sine viro efficiente: Omnes autem alii ex viro &
fęmina; ex viro quidem efficienter, ex fęmina ve
rõ materialiter. Quod enim in aliis hominibus
facit vir vel semen viri efficienter quantũ ad for
mationẽ corporis & ad lineamenta eius in mul

tis diebus, quia tale corpus per aliquot dies est lac, per aliquot est sanguis, etcęt. hoc fecit Spiritussanctus in corpore Christi in instanti, quia in vno & eodem instanti, non per interualla tēporum, corpus Christi fuit formatum & organizatum, & factum est Verbum caro, idest verbum factum est homo: & ille, qui æternaliter erat Deus, factus est in tempore homo p vnionem ad carnem, quæ vnio fuit tanta, vt faceret hominem esse Deum, & Deum hominem. Ex his autem debet accipere exemplum summus Pontifex: vt sicut formatio hominis, quæ figurat formationem ecclesiæ, est vna cōmunis omnibus, & valde fuerunt pauci exempti à formatione illa: sic formatio ecclesię debet esse omnibus cōmunis, vt Prælati reducātur in summum B Pontificem, & omnes alii prælati per prælatos. Declaratum est ergo ex ipsa formatione corporis humani, quomodo exemptio est contra naturam eius, loquendo cōmuniter de huiusmodi formatione, a qua valde pauci fuerunt exempti. Hoc ergo idem quod declaratū est ex parte corporis humani, esset declarandum ex ipsa anima humana: sed hoc in sequēti capitulo intendimus declarare.

Cap. X. ꝙ per ea, quæ uidemus in anima humana, possumus concludere, quòd exemptio est contra naturam.



Ostq̄ declarauimus ex parte corporis humani, quomodo formatio (cōmuniter loquendo) vadit de infimo modo viuēdi ad supremum per medium, cuius contrarium facit Exemptio: volumus ostendere nunc ex parte animæ humanæ quæ tendit in suū supremum per multa media, quòd Ecclesiæ contradicit exemptio, quæ coniungit inferius supe-

Plato in Phædro. riori sine medio. Aiunt sapientes Philosophi, ꝙ Anima nascitur in horizonte æternitatis. Est enim horizon ille circulus in cęlo, qui diuidit hemispheriū inferius ab hemispherio supiori, & semper est horizon vbi nos sumus: nisi enim mōtes, vel domus, vel elemēta impediant, videmus medietatē cęli, & alia medietas nobis semper occultatur: & ille circulus qui diuidit inter vtrunq; cęlum, vel inter vtrāq; medietatem cęli, dicitur horizon, idest terminator visus, quia vsq; ad illum circulū se extendit visus noster. Aduertendū tamen ꝙ licet secundum nos hæc medietas cęli quā videmus, sit hemispheriū superius, quia versus illā medietatē erigitur caput

2. Cæli, tex. 14. nostrum: tamē sequendo viam Philosophi, ponentis inferius & superius secundū exigentiam Vniuersi, & fm veritatem, illud hemispherium, quod nobis occultatur, est hemispheriū superius: & illud, quod videmus, est inferius. Polus quoq; qui nobis occultatur est superior, & iste A polus quem videmus dicitur inferior. Est enim cęlum fm Philosophum animatum, non quòd anima cęli & motor eius faciat vnum fm esse, quia motor cęli non influit cęlo viuere (qd viuentibus est esse) sed influit cęlo viuere secundum ꝙ viuere dicit operationem vitæ, quia influit ei motum, qui est quoddam opus vitæ: nā aquæ fluentes & motæ dicuntur aquę viuæ, nō fluentes & non motæ dicuntur aquæ mortuę. Cęlum ergo viuit, quia anima eius vel motor eius influit ei motum, qui est quoddam opus vitæ: in rebus autem animatis si est dare dextrū & sinistrum, hoc est fm motum, quia in sphera ex parte dextra incipit motus. Ideo docet Vegetius in libro de re militari, quòd militantes pedem sinistrum teneant immobilē, & cum pede dextro faciant se ante & retro: ita & pedites bellantes debent se hoc modo habere: est. n. pars dextra sic apta ad motum, ꝙ si bellantes vel luctātes vellēt pedem dextrū tenere imobilem, nō bene possent militare. Erit ergo in cęlo dextra pars illa, a qua incipit motus. Imaginemur ergo vnum hominē, sicut imaginatur Philosophus, qui habeat caput in vno polo, & pedes in alio, & vertat cęlum de oriente in occidens, de necessitate habebit pedes ad polum septemtrionalē siue ad polum arcticum, & caput ad polum meridionalem siue ad polū antarcticum, & manum dextram ad orientem & sinistram ad occidentem: q̄ si caput haberet ad septemtrionē & pedes ad alium polum, non posset vertere cęlū nisi manum sinistram haberet ad orientem, & dextram ad occidentem. Inciperet ergo motus cęli ab occidente, quod videmus ad sensum esse contrarium: motus. n. Planetarū incipit ab occidente, sed motus cęli seu primi mobilis ab oriēte. Hemispherium ergo cęli, quod videmus, est inferius: quod occultatur nobis, est superius. Quòd si imaginamur motorem ipsius cęli ad modū vnius hominis, nō poterit habere dextrū ab oriēte, vnde incipit, nisi habeat caput ad polum inuisibilem, & pedes ad septētrionē, qui est polus uisibilis. Illa ergo medietas, quæ respicit cęlum inuisibile, est medietas superior, & secundum adaptionē iam dictorū est caput motoris. Quod dictum est de isto cęlo materiali, veritatē habet de toto Vniuerso: nam sicut hoc cęlum materiale habet duas partes, hemispheriū superius, & hemispheriū inferius: & sicut in hoc cęlo hemispheriū supius est pars inuisibilis, & hemispheriū inferius est pars visibilis: sic totū vniuersum habet duas partes, videlicet sensualia, quæ sunt ista quæ videmus, & se habent in vniuerso vt hemisphærium inferius; & intellectualia, siue substantiæ separatæ aut spirituales, quas cōmuni nomine vocamus Angelos, qui se hñt in hemispherium superius: & circulus ille imaginatus, qui diuidit inter vtrunq; hemispheriū, dicitur horizon, idest terminator visus, quia diuidit inter hemispheriū inuisibile quod est superius

(Margin: Vegetius. Letters C, D mark sections in right column.)

perius,& hemiſpherium viſibile quod eſt infe-
rius. Sic in toto vniuerſo ſunt tria, videlicet ſpi-
ritualia quæ ſunt æterna & ſunt inuiſibilia: &
hæc corporalia, quæ ſunt temporalia & viſibi-
lia. & anima humana eſt tertium, quia creata eſt
in horizōte æternitatis. i. creatura eſt media in-
ter inuiſibilia quæ ſunt æterna, & hæc viſibilia
quæ ſunt temporalia. Eſt ergo dare in vniuerſo
vnum terminum ſummū, qui eſt Deus, & ſuper
omnia: & vnū terminū infimū, & infra omnia, q
eſt materia prima: & vnū terminū medium, qui
eſt anima humana, quæ creata eſt inter ęterna
& temporalia, ſiue inter ſpiritualia et corpora-
lia. Omnia ergo ſpūalia & oēs angeli ſunt inter
Deum & animā: & omnia corporalia ſunt in-
ter animam & materiam primā. Ideo Diony.
13. de Cęleſti Hierarchia, vocat iſtā multitudi-
nem corporalem coarctatā, quia ſunt in paruo
ſpatio: aliam vero cęleſtiū militiarū & angelorū
multitudinē vocat multā, ideſt ampliatam, quia
ſunt in amplo ſpatio: corporalia .n. ſunt inter
animam humanā & materiam primā, quia quę-
libet earum eſt creatura, & omnis creatura eſt
finita, ſpatium, vbi ſunt corpalia debet eſſe coar-
ctatum & finitū. Sed illud ſpatium ſeu illa am-
pliatio, ſunt illa ſpūalia, vbi debet dici ſpatioſum
& infinitum: ſunt.n. ſpiritualia vel angeli inter
Deum & animam humanā. Sed cum Deus di-
ſtat in infinitum ab anima humana et a qualibet
creatura, ſpatium vel amplitudo, vbi ſunt cęle-
ſtes militiæ vel angeli, debet dici amplum & ſpa
tioſum, quia eſt infinitū, licet iſta ſpatioſitas vel
amplitudo non ſit materialis ſed intellectiua: &
hoc voluit dicere Diony. circa finem 14. cap.
cęleſtis Hierarchiæ, ꝙ Multæ ſunt beatæ mili-
tię ſupermundalium intellectuū, ideſt angelo-
rum, ſuperātes infirmam & coarctatā materia-
lium cōmenſurationē. Illæ ergo militiæ intelle
ctuales vel ſupermūdales ſiue cęleſtes, quas vo-
camus Angelos, ſunt multæ, quia ſunt in ſpatio
multo & infinito; ſed iſta ſpiritualia & corpora
lia ſunt infirma & coarctata quia ſunt in ſpatio
non firmo ſed mobili, non amplo ſed ſtricto:
ſunt.n. inter materiam primā & animam huma
nam: quod eſt infimum & coarctatum ſpatium
reſpectu ſpatii quod eſt inter Deū & animam,
quod eſt infinitū & amplum: quia ſecundū am-
plum, quod videntur habere tēporalia quæ nō
ſunt æterna, anima dicit̃ creata eſſe in horizon
te æternitatis, ideſt in infimo Angelorum, & ſu-
premo corporū: eſt.n. media inter corporalia
viſibilia, & angelos, qui ſunt inuiſibiles ſecundū
ſe. Sic totū vniuerſum eſt diuiſum, vt corpora
ſint media inter materiam primā & animam: &
Angeli ſint medii inter animā & Deum. Natu-
raliter ergo, quia angeli ſunt medii inter animā
& Deū, illuminationes infundunt̃ a Deo in ani
mas noſtras mediantibus angelis, & nos reduci-
mur in Deū p Angelos vt poſſumus habere ex
Dionyſio in de cęleſti Hierarchia. Et Hierar-
A chia eccleſiaſtica reducitur in Deū per Hierar-
chiam cęleſtem, ideſt per angelos. Et ideo Ma-
giſter. 2. ſent. diſt. ii. adducit auctoritates Augu-
ſtini, quód Angeli dati ſunt hominibus ad cu
ſtodiam, ita quód quilibet homo habet ſuū an-
gelum cuſtodem. Vtrum aūt vnus Angelus ēt
ſimul cuſtodiat plures homines, quia hoc non
obſtante quód quilibet homo habeat ſuū ange
lum cuſtodem, pōt vnus habere plures homi-
nes ſub cuſtodia, ſicut non obſtante quód qui-
libet Monachus habeat ſuū Abbatē, vnus Ab-
bas habet ſub ſe multos Monachos. Vel ſi vnus
non cuſtodiat plures homines ſimul, vtrum cu
ſtodiat ſimul ſaltem ſucceſſiue, vt mortuo vno,
detur ad cuſtodiā alii. Sed in hoc profundare
B pertinet ad materias ſecūdi Sententiarū, vbi qui
voluerit de hoc vlterius ſcire, poterit noſtra ſcri
pta inſpicere. Ad pñs autē in tantū dictum ſit,
quód cum angeli ſint dati ad cuſtodiēdum ho-
minem, & ad cuſtodiēdā totam iſtā Hierarchiā
eccleſiaſticam, quia hęc Hierarchia eccleſiaſtica
reducitur in Deum per Hierarchiā cęleſtē, ideſt
per Angelos; nam oēs Hierarchiæ cęleſtes. i.
angelicæ, ordinatæ ſunt ad ſalutem electorum:
& ꝓpter hoc præſunt Angeli angelis, & eſt ibi
inter eos quidā principatus, vt ſaluentur electi.
Sed de hoc inferius agetur, quando de ipſo or
dine Hierarchiarū, & ex ipſis ordinibus angelo
rum oſtendemus exemptionē eſſe contra natu
ram. Nūc autē ſcire ſufficiat ꝙ toto iſto tempo-
G re intermedio angeli præſunt angelis, & ſupe-
riores dirigunt & illuminant inferiores de his,
quæ ſpectant ad ſalutem electorum: & ſi angeli
ſunt ordinati a Deo ꝓpter ſalutem electorum,
decens & expediens eſt quód homines ſint ordi
nati a Deo ꝓpter ſalutem electorū. Nam cū ho
mo ſit compoſitus ex ſpiritu & carne, oportet
quód habeat duo gña cuſtodum, cuſtodes ſpiri
tuales vt angeli, & cuſtodes corporales vt ho-
mines: ꝓpter quód īter ipſos aliqui homines di
cuntur angeli, videlicet illi q ſunt cuſtodes alio-
rum hominum, & huiuſmodi angeli ſunt oēs
epiſcopi & prælati: ꝓpter quód ait glo. ſup illo
verbo Apocaly. 1. Septem ſtellas) ꝙ ſtellæ ſunt
epiſcopi, qui debent aliis lucere verbo & exem-
plo. Si ergo per ſtellas intelligimus Angelos, &
D per ſtellas epiſcopos, ergo per angelos intelligi
mus epiſcopos, quia quæ vni & eidem ſunt ea-
dem, inter ſe ſunt eadem. Velle ergo aliquos exi
mere a cuſtodia prælatorū, & eos velle eximere
a cuſtodia angelorū prout per angelos intelli-
gimus prælatos, & velle eximere eos hoc mo-
do a cuſtodia prælatorū, eſt eos velle eximere a
cuſtodia angelorū: per angelos intelligimus ſpi
ritus, quia omnia iſta ordinata ſunt, ad ſalutem
electorum: nam propter huiuſmodi ſalutem
angeli pręſunt angelis, & homines hominibus,
et Dæmones Dęmonibus. Nā ſicut angeli ſunt
ordinati in ſuo principatu, et homines in ſuo
principatu vt nobis magis proſint, ita Dæmo-

nes ordinant se in suo principatu vt nobis ma-
gis obsint. Ordo ergo Angelorũ & hominum
est ad profectum electorũ, sed ordo vel princi
patus Dæmonũ est ad exercitationem eorum:
ideo multotiens dicitur Draconi siue Satanæ q
ordinat aliquid ad malum electorum, ꝙ electi
exercitãdo se in tentationibus illis, & vincendo
eas, fit eis ad bonum quod Demones ordinant
Psal. 103.d ad malum. Propter ꝙ scribitur in Psalmo, Dra
co iste, quem formasti ad illudendum ei. Cõclu
damus ergo ꝙ homines reducãtur in Deũ per
angelos spiritus, & per angelos prælatos vel p
Pontifices vel episcopos; quia sicut angeli sunt
medii inter homines & Deum, ita pontifices &
episcopi sunt medii inter alios homines & sũmũ
Pontificem in his quæ sunt apud Deum, iuxta
Heb.5.a illud ad Hebræos 5. Omnis nanq; pontifex ex
hominibus assumptus, pro hominibus cõstituit
in his quæ sunt ad Deum. Sicut ergo multum
subtraheret bono & ecclesiæ electorũ, si angeli
remouerentur a custodia hominũ: sic multum
subtrahitur huic bono ecclesiæ & electorum, si
angeli homines, idest pontifices & prælati sub-
traherentur a custodia aliorũ hominum: & qa
hoc facit exemptio, vt exempti non sint sub cu
stodia episcoporũ & pontificum, cõsequens est
ꝙ exemptio sit multum damnosa ecclesiæ & bo
no electorũ: ꝑpter quòd non solum exemptio
non est facienda, sed facta, est remouenda, nisi
fiat pro magna & euidenti vtilitate ecclesiæ &
Reipublicæ. Declaratum est ergo qđ in capitu
lo dicebat, videlicet quòd per ea quæ videmus
in anima humana, quæ reducitur ad Deum per
Angelos spiritus, declarari potest ꝙ exẽptio est
damnosa, quia reducẽdi sunt alii homines in
summum Pontificem & in Deum per angelos
Episcopos.

*Cap. XI. ꝙ Exemptio contradicit formæ & dispo
sitioni arcæ Noe, quæ figurabat &
figurat Ecclesiam.*



AVgustinus 15. de Ciuit.
Dei, ca. 26. assignat plu
res modos, quomodo
arca Noe figurabat ec-
clesiam, primò rõne pe-
regrinationis, secundò
ratione suæ proportio
nis, tertiò rõne locorũ
distinctionis: possumus
& nos istis tribus modis Augustini superaddere
quartum modũ, ſm quem illa arca figurabat vel
significabat ecclesiam rõne suæ consumationis.
Primò ergo arca illa figurabat ecclesiã rõne pe
regrinationis: nam sicut Noe, & ii, qui cum eo
erant, per arcam illã, quæ erat de ligno, transie-
runt & salui facti sunt a procellis maris et aqua-
rum diluuii; sic ecclesia per lignũ crucis, in quo
A pependit Christus, saluatur a mari & procellis
huius seculi. Lignum ergo, ex quo facta fuit ar-
ca, saluauit arcam, & illos, qui erant in arca: & li
gnum, in quo pependit Christus, saluat eccle
siam, & eos, qui sunt in ecclesia. Vnde Augusti-
nus præfato lib. & cap. de illa arca ait, Procul-
dubio figura est peregrinationis in hoc seculo
ciuitatis Dei, hoc est ecclesiæ, quę fit salua per li
gnum, in quo pependit mediator Dei & homi
num homo Christus Iesus. Sed arca illa nõ sal-
uabat a procellis huius seculi, nisi quia erat tali
modo formata, & tali ordine ordinata: nã arca
illa vel nauis vel qđcũq; vas, nisi sit debito mo-
do ordinatum, non põt saluare a procellis ma-
ris ergo nec ecclesia, nisi sit debito modo ordi-
B nata, non põt conuenienter saluare a procellis
huius seculi. Et sicut arca illa fuit ordinata ſm
ordinem debitum a Deo datũ, ita ecclesia debet
esse ordinata ſm ordinẽ a deo datũ: sed, vt Apo
stolus ait, deus sic ordinauit ecclesiam suã, ꝙ pri 1.cor.12
mò posuit † Angelos, idest gubernatores alio- †Apostolos
rũ, per quos significantur episcopi, qui debent
gubernare ecclesias sibi cõmissas, & ꝑsonas om-
nes in suis Dioecesibus existentes. Cum ergo sit
naturale ꝙ secunda debent reduci per prima, &
inferiora per media in supremum, cũ primũ &
supremum officiũ sit gubernatio, quod exerce
bant Apostoli, quibus succedunt Prælati idest
Episcopi, oportet quòd per hos tãq̃ per supre-
mos & primos, omnes alii reducantur in Deũ:
C inter ipsos autẽ apostolos erat vnus sũmus, qui
vocabatur Petrus, cui succedit summus Ponti-
fex, qui est Dei vicarius, & Petri successor: alii au
tẽ episcopi gerunt vices aliorũ apostolorũ. Sed
dices ꝙ Cardinales gerunt vices apostolorum. Cardinales
Ad quod dici põt, ꝙ Apostoli dupliciter consi
derari possunt, primò vt erant cum Christo, se
cundò vt erant sparsi per mundũ, & cuilibet ali
qua pars mundi collata ad conuertendũ & gu
bernandũ. Apostoli ergo vt erant cum christo,
& assistebant ei, figurantur per Cardinales, qui
simul cum sũmo Pontifice gerunt vices Christi
& apostolorũ. Sed apostoli vt fuerunt sparsi p
mundum, & quilibet accepit ad conuertendum
& gubernandũ aliquam partem mundi, figurã-
D tur per episcopos sic sparsos per mundum, gu
bernantes alias et alias partes mundi. Propter
ꝙ summus Pontifex non immerito vtrosq; vo- *Papa cur Epis*
cat fratres: nam cum facit aliqđ de consilio Car- *copos, fratres*
dinalium, dicit se hoc facere de consilio fratrũ: *appellat.*
et cum scribit alicui Episcopo, scribit ei, Vene-
rabili fratri in Christo. Exemptio ergo, quæ cõ
tradicit huic ordini, et quæ cõiungit inferiores
personas Petro non per apostolos, idest non p
episcopos medios, est contra ordinem ecclesiæ:
et modo quo dictum est, contradicit ipsi arcæ
Noe, quę ecclesiam figurabat: et debet esse ordi
nata, vt Deus mandat, et Apostolus describit. Eph.4
Viso, quomodo arca Noe figurabat ecclesiam
ratione peregrinationis, et ꝙ exemptio contra-
dicit

dicit huic figuræ & huic dispositioni, quia tol-
lit debitam dispositionem ecclesiæ figuratæ per
arcam, volumus ostendere quõ illa arca figura-
bat ecclesiam rõne proportionis suę, quã etiam
figurationem pertractat Aug, in de Ciuit. Dei
pręfato lib. & cap. Habebat.n. illa arca propor
tionẽ corporis humani: & quia ex hominibus
composita est ecclesia, ideo arca illa habẽs pro-
portionẽ corporis humani, poterat dici figura
ecclesiæ prout ex hominibus est composita.
Erat.n. illa arca sexties lõga quàm lata, & decies
longa q̃ grossa, talis autẽ est figura corporis hu
mani, quia homo fm hunc modum, & vt in plu
ribus, sexties est longus q̃ latus, & decies longus
q̃ grossus: nam vt habetur Gen.6. Longitudo
arcæ erat trecentorũ cubitorum, latitudo quin
quaginta, & altitudo triginta: qui numeri si be-
ne considerentᷣ, habent proportionẽ pręfatã.
Talis etiam est proportio corporis humani, vt
si corpus humanum iaceat in terra, erit longitu
do eius a capite vsq; ad pedes, latitudo a parte
dextra vsq; ad sinistram, altitudo a dorso vsq;
ad ventrem. Quòd autem sit septies longum q̃
latum, ex hoc colligitᷣ ꝙ brachia hominis extẽ
sa, & latitudo corporis, sunt æqualia longitudi-
ni. sed si plicentur brachia & digiti vnius & alte
rius manus, quantitas illa continebit sexties lati
tudinem. De altitudine autem satis est consonũ
rationi, quòd homo sit decies longus q̃ latus: &
decies sit a capite vsq; ad pedes q̃ a dorso vsq;
ad pectus vel vsq; ad ventrẽ, vt Augustinus di-
cit. Habito, quomodo ꝓportio illius arcę erat
proportio hominis, & ex hoc figurabat Eccle-
siam, quæ ex hominibus est composita, volu-
mus ostendere quòd exemptio cõtradicit huic
proportioni. Nam homo sic est proportiona-
tus naturaliter, quòd si contra naturam accipe-
retur de vna parte hominis & coniungeretur
alteri parti, vt longitudini vel latitudini vel alti-
tudini, tolleretur ista proportio, quia si con-
iungeretur longitudini illius, excederet latitu
dinem & altitudinem quàm deberet: sic etiam
si coniungeretur latitudini, tolleretur ista pro-
portio, quia longitudo non tãtum excederet
latitudinem vt deberet: hoc idem etiam con-
tingeret, si illa proportio accepta altitudini vel
grossitudini iungeretur. Et quia hoc facit exem
ptio, quia tollit personas ecclesiasticas aliquas
de vno loco vbi sunt naturaliter situatę, & po
nit eas in alio loco, vbi sunt positæ & secundũ
voluntatem Principis collocatæ, claro clarius
concludi potest. quòd exemptio cõtradicit ꝓ-
portioni arcæ Noe, prout proportio illa erat
proportio corporum humanorum, ex quibus
ecclesia est composita. Ne ergo tollatur ꝓpor-
tio arcæ figurantis ecclesiam, vel non tollatur
proportio ipsius Ecclesiæ, non est concedenda
exemptio, nisi valde euidens Ecclesiæ vtilitas
hoc exposcat. Esset autem per alias duas figura-
tiones arcę Noe, ad Ecclesiam declarandum,

A quomodo tali figurationi exemptio cõtradicit;
& hoc in sequenti capitulo poterit declarari.

Cap. XII. ꝙ Exemptio contradicit distinctioni et consumationi arcæ Noe, secundum quæ duo Ecclesiam figurabat.



Dicebatur in prędecenti ca-
pitulo ꝙ arca Noe quadru
pliciter Ecclesiã figurabat:
primò quãtum ad peregri-
nationem, secundò quantũ
ad proportionem, tertiò q̃-
tum ad distinctionẽ, quar-
B tò quantum ad cõsumationem. Et quia de dua-
bus figurationibus dictum est in præcedenti ca
pitulo, & ostensum est ꝙ illis exemptio contra-
dicit: nunc volumus ostendere ꝙ contradicit di
stinctioni & consumationi arcę Noę: & primò
quantum ad distinctionẽ. Erant.n. in illa arca
loca distincta, & vt Augustinus tangit in pręfa
so lib. & cap. erat illa arca bicamerata & tricame
rata: nam vbi nos habemus, Cęnacula & triste-
ga facies in ea, Augustinus fm aliam translatio-
nem habet, Arcæ inferiora bicamerata & trica-
merata facies ea. Figurabat ergo fm Augusti-
num illa arca Ecclesiã, quia ecclesia bicamera-
ta & tricamerata est. Est.n. tricamerata, quia tota
sumpsit originem ex tribus filiis Noe: & est bica
C merata, quia tota cõposita est ex Iudæis & Grę
cis, idest ex Iudęis et Gentilibus: quod satis in-
nuit Apostolus, cum ait, Non.n. erubesco Euã Rom.1.b
gelium: virtus.n. Dei est in salutem omni credẽ
ti: Iudęo primum et Gręco. Nam Iudęis primũ
erat euangelium, qđ continebatur in lege vete-
ri: per quandam.n. figuram erant instituti in le-
gem nouam, & maximè ꝙ Isaias ita expresse de-
scripsit facta christi, vt magis de præteritis q̃ fu-
turis historiam idest veritatem texere videatur.
Reperire.n. possumus ꝙ non est apud Deũ ac-
ceptatio personarum: tñ si in materia magis di-
sposita prius imprimitᷣ forma, nulla est ibi per-
sonarũ acceptio, sed ipsa res et ipsa materia hoc
requirit. Propter quòd Iudæis tanq̃ magis di-
D spositis ex instructiõe legis mosaicę ad suscipiẽ
dam instructionẽ legis euangelicę, ordo rerum
hoc poscebat, vt illis primò euangelium prædi
caretur. Verùm quia ipsi non acceperunt, et in-
dignos se fecerunt, coacti sunt Apostoli se con
uertere ad gentes: tamen quia multi ex Iudæis
conuersi fuerunt tẽpore Apostolorum, et cum
conuersione Iudæorũ plenitudo Gentium in-
trauit, ideo dicitur ecclesia esse bicamerata. i. cõ
posita ex bino populo, idest ex iudaico et genti
li. Ad literam, erat illa camera bicamerata, et ha
bebat quinq; loca distincta: et ꝓpter ea quæ di
cta sunt figurabat Ecclesiam. Istorum aũt quinq; Descriptio ar
locorum vnus erat sentina, vbi congregaban- cæ Noe.
tur immundicię: secũdus erat apothecaria, vbi

reponebantur cibaria:tertius, vbi erãt animalia A immunda:quartus, vbi erant animalia mitia:qn tus erat,vbi stabant homines & aues. Hæc autẽ quinq; loca a diuersis diuersimode ponuntur: nam quidam ponunt ea similiter sub & supra, vt in primo esset sentina,& supra sentinam apo thecaria,& sic de aliis. Alii autem non ponunt nisi tres stationes,infimam,mediam,& supremã. Sed infima statio continebat duas,vnã quç erat sentina,& aliã quæ erat apothecaria; & ex his duabus dicebatur arca bicamerata. Media au tem statio continebat duas cameras, vnam vbi erant animalia immunda, & aliã vbi erant mun da.Et desuper istas duas cameras erat tertia sta tio,vbi erant homines & aues.Et sicut ex primis duabus cameris dicebatur arca bicamerata,& di B cebatur ibi esse cęnacula, quia ibi erat apothe caria,vnde sumebatur animalium cęna & cibus, & erat ibi sentina & stercoratia, quæ superfluita tem cęnç & ciborum colligebat: sic ꝑpter alias tres cameras dicebatur ibi esse tristega,quasi tres stationes,in quarum vna stabant animalia im munda;in alia ,munda: & in tertia,homines & aues.Et hæc diuisio quinq; locorũ,vt duo loca essent inferiora,& duo media,& vnus supremus vbi erant homines & aues,est magis realis, quia ſm primum modum distinguendi fuisset nimis alta & nimis stricta in parte inferiori, vt non ita cõpetenter posset ferri super aquas. Et licet in illa arca essent animalia munda & immunda,& essent homines & aues; tñ vt figurabat ecclesiã C per omnia hmõi animalia possumus intelligere ipsos homines,inter quos sunt qui se hñt quasi bestiæ,(vt illi qui non sunt conuersi ad fidem,

Rom. 14. quorum vita tota est immunda,quia omne qđ non est ex fide peccatũ est: & omne peccatũ qđ immũdum dici põt.Inter ipsos etiã homines ali qui se hñt vt bestiæ mundæ,sicut sunt simplices & laici conuersi ad fidem. Aliqui vt homines,si cut sunt literati,& cõmuniter Clerici, qui sunt de hęreditate Dei,& Deus est spãliter pars hę reditatis eorum.Est etiã in his quartus gradus, qui se habent vt aues,& illi sunt episcopi et præ lati,quorũ est ecclesiã gubernare, & super alios volitare: inter quas aues est dare superiores & inferiores, vt prçlati inferiores et superiores: D inter quos est dare vnum supremum cuiusmo di est summus Pontifex,qui põt figurari p illam aquilã,de qua dicitur Ezechielis.17.cap. Aqui la grandis magnarum alarũ,magno mẽbrorũ ductu, plena plumis et varietate, venit ad liba num,et tulit medullam cedri.Ista aquila licet tẽ poraliter figurauit Nabucodonosor,spirituali ter tamẽ potest figurare summum Pontificem, qui est aquila grandis,quia præficitur toti eccle siç:et magnarum alarum, qa assumptus est non in partem sollicitudinis,sed in plenitudinẽ pote statis. Et sunt ita magnę alæ eius,vt ad totum se extendant et totum protegant,et nihil se absco dat a calore earum:habet etiam magnum mẽ brorum ductum,quia christianissimi Reges pp deuotionẽ quã habent ad ecclesiam,eum sustẽ tant. Est etiam aquila plena plumis idest virtuti bus:talis.n. status requirit hominẽ maxime vir tuosum: nam huiusmodi status sicut supremus est dignitate, ita est supremus sanctitate,vt solus talis status scribatur Sanctissimus. Est.n.talis sta tus plenus varietate ꝑpter varia genera virtu tum,quia in eo congregantur non solum virtu tes Cardinales,sed etiã Theologicæ.Ex omni bus autẽ his,et ex huiusmodi descriptione lo corum,et maxime quantum ad distinctionẽ lo corum,in quibus erãt animalia,quæ omnia põt trahi ad figurandum hominẽ ſm diuersos sta tus,possumus concludere ꝙ detestanda est Exẽ ptio,et nullo modo facienda, sed facta est abo lenda,nisi pro euidenti vtilitate ecclesiæ fiat. Nã vt sæpe sæpius dictum est,hoc facit exemptio ꝙ inferius ponat in loco superiori, et deferat suũ locum, et coniugatur supremo sine medio.Fru stra ergo in arca fuissent plura loca, si existentia in arca non tenerent quęlibet suum locum. Quod si volumus ad ecclesiam adaptare, fru stra sunt in ecclesia diuersa loca, et diuersi gra dus, si quilibet gradus non teneret suum locũ: et summus Pontifex frustra esset aquila plena plu mis et varietate, si quẽlibet locũ in suo gradu et ordine non conseruat, sed facit de inferiori su periorem, et quia ponit ipsum in superiori lo co q̃ sit, et facit de superiori non superiorẽ,quia facit Prælatum non esse superiorẽ his, quibus suum statum decet esse superiorẽ,eximẽdo eos a potestate Prælati.Nec dicimus ꝙ hoc nõ pos sit facere, sed debet hoc facere ex euidenti vtili tate ecclesię,quæ maxime ex literatura et studio prouenit. Ostẽso ex distinctione arcæ figuran tis ecclesiã put in ea sunt distincti et diuersi gra dus,ꝙ exemptio est detestanda; volumus hoc idẽ ostendere ex consumatione arcę.Debemus enim imaginari quòd illa arca ex parte inferio ri erat multum longa et ampla , tñ quanto plus procedebatur ad superius,tanto plus restringe batur,et in tantum erat restricta in supremo , ꝙ in vno cubito erat consumatio arcę. põt tamen ſm Magistrum Historiarum accipi ille cubitus geometricus,qui est lõge maior q̃ cubitus alius. Nam ſm Rabanũ (et ponit hoc Magister in hi storiis) cubitus geometricus cõtinet sex vel no uẽ cubitos alios:quæ forte diuersitas dicẽdi sex vel nouẽ,reperta est ex diuersitate mẽsurãdi pe des, ex quibus accipitur mensura cubiti.Si ergo cõsideratur ista arca prout in parte inferiori est multum lata et semper restringitur donec in vno cubito consumetur, significat ecclesiã,quę continet ipsos Parochianos subiectos spiritua liter curatis; et ipsos curatos subiectos Archi diaconis, qui sunt pauciores eis, et debent esse quasi eorum oculi: et sic semper restringitur ec clesia,vt restringebatur illa arca , quousq; vlti mò cõsumetur in vno cubito.i. in vno summo Pontifice. Petrus com.c. 6. Hist.Gen.

Pontifice. Inferiora ergo & ampliora in illa arca non coniungebantur supremo cubito nisi p media: sic qui tenent in ecclesia inferiorem gradum, non debent coniungi supremo cubito, in quo consumabatur arca, & in quo figurabatur summus Põtifex, nisi per prælatos & episcopos medios. Et quia cõtrarium facit exemptio, eam esse abolendam recta ratio manifestat. Quod autem in vno cubitu cõsumaretur summitas arcæ Noę, Magister in historiis plane tradidit; & possumus hoc etiam habere ex textu, vbi dicit, Fenestram in arca facies, & in cubitu consumabis summitatem eius: quod põt referri ad arcam & ad fenestram. Erat ergo in arca fenestra, et in cubitu consumabatur summitas vtriusq;: vtrũq; enim tam arca q̃ fenestra potest figurare ecclesiam, quę consumabat in vno cubito, idest vno sũmo Põtifice. Quod aũt illa arca figuret ecclesiam est per habita quadrupliciter declaratum. Sed quod etiam fenestra figuret eam, potest haberi ex verbis Augustini in locis præassignatis, volentis, quod fenestra in latere arcę figurabat vulnus in latere Christi; & quia ex latere Christi fluxerunt sacramenta, ex quibus formata est ecclesia, ideo non solum arca, sed etiam fenestra poterat ecclesiam significare vel figurare.

Cap. XIII. ꝙ per ea quæ habentur ex actibus, possumus ostendere exemptionem esse tollendã.



Possumus autem prælationes ecclesiæ ad tres gradus reducere, vt in supremo gradu sit summus Pontifex vel successor Petri, Christi vicarius, q erat princeps Apostolorũ, cui traditę sunt claues regni cę- Matth. 16. c lorum, per quas quodcũq; ligauerit super terrã erit ligatum & in cęlis, vt habetur Matthęi. 16. ex quibus verbis aperte colligitur omnes oues sibi fore commissas: & iste est summus gradus in ecclesia, cui succedit summus Pontifex. Nihilominus tñ licet sit summus gradus in ecclesiastica hierarchia, non est tñ sumus simpliciter, quia & ipse Petrus habebat Angelũ custodem suũ: nam, vt habetur Act. 12. qñ Petrus eductus est de carcere, & nesciebat verum esse quod fiebat per Angelum, existimabat autẽ se visum videre: & quãdo discessit a se angelus, tunc ad se reuersus veritatẽ cognouit: & pergens ad quandam domum sibi notam, & pulsans vt aperiretur sibi, dicens se esse Petrum: stantes in domo non credebant esse Petrum, sed Angelum eius. Ex quibus colligitur ꝙ etiã ipse summus Pontifex habet Angelum custodem suum: & quantum ad hoc summus Pontifex est infra Angelos. Post hunc gradum sunt ipsi Apostoli vel illi q tenẽt

Sanũ quisq; angelũ hẽt custodẽ, qui nõnũq; ipsius custodit imaginem repræsentat.

A locum apostolorũ, vt Episcopi. Post quos est tertius gradus, videlicet illi qui constituti sunt p apostolos, cuiusmodi fuerunt septem Diaconi; vel illi qui constituuntur & hñt iurisdictionem post episcopos, cuiusmodi sunt Archidiaconi, vel alii habentes iurisdictionẽ infra episcopos, vt sunt ipsi Curati; licet forte archidiaconi, & habentes iurisdictionem infra epos, conuenienter repręsententur per septem Diacones factos ab apostolis: Curati verò existẽtes in maiori numero p alios lxxii. a Christo electos. Possumus & tres gradus in ecclesia distinguere ſm triplicem modum præsidendi, vt in supremo gradu sit summus Pontifex, qui per abundantiã iurisdictionis dr̃ summus, in quo gradu non pñt esse B plures simul, quia quod per superabũdantiam dicit, vni soli conuenit. Post hunc sunt Apostoli vel successores apostolorum, idest epicopi, in quo gradu sunt plures simul, quia plures sunt episcopi: & in quo gradu sunt plures gradus, quia super episcopos sunt Archiepiscopi. Infimus autẽ gradus præsidendi est habentium iurisdictionem infra episcopos. De omnibus autẽ his tribus gradibus fit mentio in Actibus apostolorum: & per omnia ea, quæ habentur in Actibus de his tribus gradibus, possumus probare, ꝙ exemptio est tollenda, nõ facienda, sed potius facta abolenda, nisi pro valde rõnabili & euidẽti vtilitate. De primo habemus exemplũ Actuũ 10. de Cornelio, q vidit in visu, manifeste quasi C hora diei nona, Angelũ Dei introeuntẽ ad se, & dicentem sibi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in cõspectu Dei: & nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem, qui cognominatur Petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Poterat autem angelus denunciare Cornelio quid eum oportebat facere, & reduci poterat in Deum immediate per angelum, non mediante Petro, & quantum ad huiusmodi reductionẽ poterat esse exemptus Cornelius a iurisdictione Petri: tamen, quia vt dicitur ad Rom. 13. quæ autẽ sunt a Deo, ordinata sũt, licet possit Deus sine omni medio quę vult, facere, tñ ea quæ facit & dicit, ordine facit: & voluit in hac reductione, reducere Petrũ p D angelũ, quia angeli sunt medii iter nos & Deũ: & Corneliũ per Petrũ, & noluit eximere Cornelium a iurisdictione Petri. Ex qbus colligit ꝙ exẽptio in ecclesia est odiosa Deo, & nõ debet fieri, nisi pro magna & euidenti cã, nõ quacũq; sed vtili & proficua bono publico et ecclesię. Quod autẽ sic hẽatur in Actibus vt dictũ est, lege cap. 10. vbi dr̃, ꝙ veniẽtibus viris in Ioppen a Cornelio missis, vt peterent Petrũ, cecidit sup Petrum mentis excessus, & vidit linteũ magnũ quatuor initiis ligatũ de cęlo, in quo erant quadrupedia, serpentia, & volatilia cęli: et dictũ est ei, Occide et manduca. i. transeas ad Gentes, & doce Corneliũ Gẽtilẽ, apud quẽ vel apud quos Gẽtiles, nec serpẽtia, nec aliqua cibaria sunt im-

mūdā, nisi in quātum sunt abominatio & nocu
mentum corporis. Reductus est ergo Petrus
in Deū per illā visionē factam a Spiritu sancto
vel ab angelo: & reductus Cornelius in Deū p
Petrū tenētem summū gradū in ecclesia: vt ex
hoc ostēdat per summū gradum in ecclesia, put
habetur in Actibus, exemptionem esse tollen-
dam. Secūdum autē gradum in ecclesia tenent
Apostoli vel Episcopi tenentes locum Aposto
lorum. Per ipsos etiam apostolos, ex his quę
habentur in Actibus, possumus ostendere exē
ptionem non esse faciendam, sed tollendā. Nā
cum Apostoli prædicantes Christum & verita
tem, essent positi in carcere per principes sacer-
Act.5.d dotum, illa nocte aperuit Angelus carcerem, di
cens Apostolis ibi inclusis, Ite, & stantes loqui- B
mini in templo plebi omnia verba vitæ, vt legit
Actorū.5. Quod non est intelligendum quód
Angelus veré aperuerit carcerem, quia stante
ianua clausa carceris, & stantibus custodibus ad
ianuam carceris, exierunt Apostoli carcerem,
quia sic exierunt de clauso carcere, ac si carcer
esset apertus: nam, vt habetur in eodem capitu-
lo, Princeps sacerdotum hoc audiens misit mi-
nistros ad carcerem, qui dixerunt, Carcerem
quidem inuenimus clausum cum omni diligen
tia, & custodes stantes ad ianuam: aperientes au
tem, neminem intus inuenimus. Fuit ergo ibi
iste ordo, q̄ apostoli reducti sunt ad plebem in
Templo per angelum, plebs autem reducta in
Deum per Apostolos. Potuit autē dicere ange C
lus plebi quæ dixerunt apostoli, vt hoc modo
reduceretur plebs in Deum per angelum non
mediātibus apostolis, vt in ista reductione esset
exempta plebs a iurisdictione apostolorū. Sed
quia Deo videt esse exosa exēptio, voluit Deus
plebem ad se & ad faciendam voluntatem suā
reducere per apostolos. Et sic summus Ponti-
fex tanquā imitator Dei debet tollere exemptio
nem, & debet plebem reducere. i. omnes eos qui
sunt infra seipsum, per episcopos tenentes locū
apostolorū. Tertium aūt gradū prę sidendi in
ecclesia tenent illi qui habēt iurisdictionem in-
fra episcopos; & in primitiua ecclesia tenebant
Act.6.b illi Diaconi, qui fuerūt ordinati per apostolos,
qui fuerunt septem. 1. fuit Stephanus. 2. Philip- D
pus. 3. Prochorus. 4. Nicanor. 5. Timon. 6. Par
mena. 7. Nicolaus. Sed Philippo, vt hr̄ Actuū
†Angelus 8. locutus est † Spiritus domini, Surge: & vade
contra meridiem, ad viam quæ descendit ab Ie-
rusalem in Gazam. Et cum iret Philippus put
dixerat Spiritus sanctus, Ecce vir Aethiops eu
nuchus, qui erat super oēs gazas Reginę Can
daces: & venerat adorare in Ierusalem: & reuer
tens, sedebat super currum, legens Isaiam pphe
tam. Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, &
adiunge te ad currum. Locus autē, quem leges-
bat Eunuchus, erat hic, Tanquā ouis ad occisio
nem ductus est: & sicut agnus coram tondente
se sine voce, sic non operuit os suum. Incipiens

A autem Philippus ab hoc loco euāgelizauit illi
Christum: & venientes ad quandā aquā, in illa
aqua Philippus baptizauit Eunuchum: & cum
post baptismū ascendisset Eunuchus de aqua,
Spiritus domini rapuit Philippum. Potuit autē
Spiritus Domini Philippo conuertere Eunu-
chum, & potuit Eunuchum in illa cōuersione
eximere a iurisdictione Philippi: sed vt ostende
ret exemptionē non esse faciendā, nisi pro ma-
gna & euidenti causa, voluit per Philippum cō
uertere Eunuchum. Cum ergo Philippus te-
neret in ecclesia tertium gradū superioritatis,
nec erat princeps apostolorū, nec aliqs de apo
stolis, sed erat constitutus per apostolos: mani
festé patet per tertium gradum prę sidēdi in ec
B clesia Exemptionem non esse faciendam, sed
tollendam. Verum quia tam de iurisdictione
Petri, q̄ de iurisdictionibus aliis in hoc capitulo
actū est, ideo dicere possumus quód quot con
uertebantur per Petrum, siue per alios, erant de
iurisdictione Petri habentis iurisdictionis tota-
litatem: sed quantū ad iurisdictiones alias con-
uersi in primitiua ecclesia erant de iurisdictione
saltem voluntaria conuertentium, qui parati
erant facere voluntatem eorum.

Cap. XIIII. q̄ ex triplici gradu sacerdotij, quod est in ecclesia, possumus ostendere Exemptionem non esse facien dam, sed tollendam.



Via in hoc caplō mul
tū tractaturi sumus de
sacerdotio, cū in sacer-
dotio imprimatur cha
racter, iō de characte-
re sunt aliqua declarā-
da. Primo videlicet qd
est character secundo,
quare dictus est chara
cter: tertio, in quibus sacramentis imprimatur
character: & multa alia quę dicēda sunt de cha
ractere & de perfectione characteris. Propter
primum est sciendum q̄ character nihil aliud
D est q̄ quædam potentia spiritualis. Vt Ostiariis Ostiarij.
datur potestas vel potentia ad custodiendū bo
na ecclesiæ; & ad admittendū dignos, & ad re
pellendum indignos, & conuocandū eos q con
uenire debent in ecclesia: ideo traduntur eis cla
ues tanq̄ reddituri rōnem de his quę recondū-
tur sub illis clauibus: & traduntur eis ostia eccle
siæ ad introducendum dignos, & repellēdum
indignos, quia nō sunt margaritæ exponendę
porcis: & tradūtur eis etiam funes campanarū,
ad vocandū eos qui debent in ecclesia conueni
re: nec ppter hoc imprimitur eis nisi vnus cha
racter, & vna spiritualis potētia. Sic. n. videmus
in his corporalibus, q̄ per vnā & eandem potē
tiam corporalē, multa effectui demandantur:
vt


vt ignis per calorem, qui est potentia calefacti- A
ua, calefacit, rarefacit, desiccat, & generat alium
Lectores, ignem. Sic etiã Lectoribus datur potestas legen
di, & referendi verba Dei in ecclesia: & ideo tra
ditur eis liber cum his verbis, Accipite & estote
Exorcistæ, verbi Dei relatores. Exorcistis etiã traditur pote
stas ad expellendum Dæmones de corporibus
obsessis a Dęmonibus per manus impositionẽ,
tã baptizatis q̃ catechumenis, idest instructis in
fide: ideo traduntur eis liber exorcismorũ, his ver
bis, Accipite & commendate memorię, & habe-
te potestatem imponẽdi manum super energu
menos, idest sup interius vexatos a Dęmone,
Acolyti. siue baptizatos siue catechumenos. Acolytis ẽt
datur potestas accendendi luminaria in Eccle
sia; & quia non accenditur nisi quod caret lumi B
ne, ideo datur eis ceroferatium cum cera sine
lumine: datur eis etiam potentia ad suggerendũ
vinum & aquam in eucharistiã sanguinis Chri
sti: ideo daẽ eis vrceolus vacuus vt possint ipm
implere vino vel aqua, sicut expedit & ſm quod
requirit executio ministerii eorum: nec opor-
tet quod in ordine acolytatus imprimãtur plu
res characteres vel conferantur plures potesta
tes spirituales: quia per vnam & eandẽ potentiã
vt supra dicebatur, possunt plura effectui demã
Subdiaconi. dari. Subdiaconis etiam confertur quędam po
testas spiritualis ad seruiendum Missę, videlicet
patena & calix, vrceolus cum aqua, bacille, &
manutergium cũ his verbis, Videte cuiusmodi
ministerium vobis traditur etcęt. Idem.n. est tra C
dere aliquod ministerium alicui, quod tradere
Diaconis illi potentiam ministrandi in ministerio illo.
Diaconis etiam daẽ quędam potentia spiritua-
lis, ppter q cum ordinantur datur eis potestas
Sacerdotes, legendi euangelium in ecclesia Dei: & ideo daẽ
eis liber euangelii. Sacerdotibus etiã imprimiẽ
character, idest quędam potestas spiritualis: pp
quod cum ordinãtur, accipiunt patenam cum
oblatis, & calicem cum vino & aqua inter digi-
tos cum his verbis, Accipite potestatem offeren
di Deo sacrificium etcęt. Hęc.n. sunt diligenter
notanda, quod cum celebrantur ordines, non
in quolibet verbo imprimitur character & po
testas spiritualis ſm illum ordinem. Cum ergo
quæritur quid sit character, patet per ea quæ D
dicta sunt, q est spiritualis potentia. Cum vero
quęrebatur, quare dictus est character, põt dici,
quod quia character est quoddã signum distin
ctiuum, ppter q habentes illam potentiã spiri
tualem, quę imprimiẽ in quolibet ordine, distin
guuntur ab aliis non habentibus illam potesta
tem: ppter q potentia illa merito nominaẽ cha
racter, vt potest patere per iam dicta: nam cum
character sit quędam potentia spiritualis, opor
tet ſm triplicem potentiam, quam videmus in
rebus, q in triplici sacramento imprimatur cha
racter. Videmus.n. in istis corporalibus poten-
tiam recipiendi, & hęc est potentia materię, quę
est fundamentum naturę, & est in potentia ad
omnes perfectiones naturales: talis autem potẽ
tia imprimitur animę in Baptismo: ideo per ba
ptismum diciẽ homo generari vel renasci spi-
ritualiter, quia in eius spiritu vel in eius anima
imprimitur character, idest quædam potentia
spiritualis, per quam fit in potentia ad recipien
dum spirituales perfectiones: ppter quod si qs
non baptizatus fieret sacerdos, esset iterum or-
dinandus, quia caruit potentia recipiendi, quæ
imprimitur in baptismo: ordinatus ergo carẽs
potentia recipiendi, nullos ordines recipit.
Secundo videmus in his corporalibus poten-
tiam resistendi, sicut dura habent potentiã natu
ralem ad resistendum, cum nõ faciliter accipiãt
alienas & peregrinas impressiones: & hæc potẽ
tia spiritualis imprimitur in confirmatione, per
quam anima fit quasi dura & firma, vt non ita
leuiter possint ibi subinferre impressiones pere
grinæ ac alienæ, idest malignæ. Tertia autem
potentia, est potentia agendi, sicut ignis habet
potentiam ad calefaciendũ: & ista potentia im-
primitur in ordinibus, quia in quolibet ordina
to imprimitur spiritualis potẽtia ad aliquid agẽ
dum, vt potest patere p habita, quia omnis Or-
do ordinaẽ ad aliquod opus, & specialiter om-
nes ordines ordinantur ad sacramentũ eucha-
ristiæ. His autẽ excussis, volumus aliqua dicere
de charactere & de perfectione characteris, vt
ex eis descendamus ad triplex sacerdotium, &
concludamus exemptionẽ non esse faciendam,
sed tollendam. Dictũ est.n. q in quolibet ordi-
ne imprimitur aliquis character, idest aliqua po
tentia spiritualis: supremus autẽ character, qui
imprimitur in ordinibus, est sacerdotalis, vltra
quem nõ est dare aliũ characterẽ: est tñ dare pfe
ctionem characteris: vt sicut corpus humanum
prius viuit vita plantæ, postea vita animalis, &
vltimo vita hominis, vltra quã nõ est dare aliã
vitam in his corporalibus. Vltimũ.n ad qđ pñt
ascendere ista corpora naturalia est homo, vt
potest haberi ex secũdo Physicorum, vbi ostẽ
ditur q nos quodãmodo sumus causa omniũ.
Sed licet in his corporalibus nõ sit dare vitam
vltra humanam, est tamẽ dare perfectionem in
huiusmodi vita, quia est dare hominem paruũ
& imperfectum, & hominẽ magnum & perfe-
ctum: status quidem hominis parui & imperfe-
cti, in quo homo non põt generare alium ho-
minem, durat vsq ad statum in quo homo est
perfectus, & alium hominem generare potest,
iuxta illud Philosophi, Vnũquodq perfectũ
est, cũ potest sibi similem generare. Sic etiam in
proposito, licet non sit dare characterem vltra
sacerdotalem, est tñ dare perfectionẽ illius cha
racteris, & talis perfectio imprimitur in Episco
po, quia ex illa perfectione potest dici sacerdos
perfectus & magnus. Ex his autem apparere *An episcopa-*
potest vtrum episcopatus sit ordo alius, hoc est *tus sit ordo.*
suscipiat alium characterem a sacerdotali. Sed
non suscipit alium characterẽ, sed suscipit vltra

illum perfectionem illius characteris. Simplex ergo sacerdos potest dici paruus & impfectus, & non potest facere alium sacerdotem: sed eps est sacerdos magnus & perfectus, & põt facere alium sacerdotẽ. Sicut ergo homo quantũcũq; sit paruus & imperfectus põt cõuertere cibum corporalem in nutrimentum corporis, & non potest facere nec generare alium hominem: sic sacerdos quantũcũq; sit paruus & imperfectus respectu episcopi, qui est sacerdos magnus & perfectus, potest conuertere cibum spiritualem, & potest substantiam panis conuertere in corpus Christi qui est cibus spiritualis & cibus mentis & non est ventris: tamen non potest facere alios sacerdotes. Ex his omnibus possumus cõcludere ꝙ non est dare vltra episcopũ aliquid
B ꝙ sit ordinis: & si est aliquid vltra, non erit eiusdem ordinis, sed iurisdictionis. Ptopter qd Archiepiscopatus, Patriarchatus, Papatus vltra episcopum non dicunt aliquid ordinis, sed solũ iurisdictionis: et ad hoc forte insinuandum Papa cum scribit, non scribit, se archiepiscopũ sed solum episcopum dicens, Clemens episcopus Seruus ercęt. vt det nobis intelligere ꝙ quicqd habet vltra epm non est ordinis sed iurisdictionis: propter ꝙ nõ dicitur assumptus in plenitudinem Ordinis, quia ad hoc sunt assumpti oẽs epi: sed dicitur assumptus in plenitudinẽ potestatis idest iurisdictionis. Est ergo Papa sũmus
C sacerdos Summus pontifex: Sed ista summitas vel superioritas non est sumenda secundum ea quæ sunt ordinis sed iurisdictionis, non.n. plus habet de his quæ sunt ordinis q̃ quicunq; eps. Papa ergo est assumptus in plenitudinem potestatis idest iurisdictionis: cęteri autem epi vel qcunq; pręlati sunt in partẽ solicitudinis, non in iurisdictionem totalem & summam. Ex his autem apparere potest, quòd sicut triplex est sacerdos ita potest distingui triplex sacerdotium, simplex, magnum, & totale siue summum. Simplex autem sacerdotium in quo constitutus est quilibet sacerdos non episcopus, innititur simplici characteri qui est potestas conficiendi eucharistiam, sed non cõferendi ordines: magnũ
D vero sacerdotium in quo gradu constitutus est quilibet episcopus, innititur characteri & perfectioni characteris, sed non totalitati iurisdictionis: sed summum sacerdotiũ in quo gradu solus est papa innititur characteri, & perfectioni characteris, ac totalitati iurisdictionis. Est enim triplex sacerdos non magnus nec totalis, & sacerdos magnus & non totalis, & est sacerdos magnus & totalis. Sacerdos nec magnus nec totalis est sacerdos simplex & vltimus: magnus & non totalis est episcopus qui est veluti sacerdos medius. Sacerdos vero magnus & totalis est papa. Quòd ergo sacerdos nec magnus nec totalis qui est sacerdos infimus vel quicũq; alius nõ sacerdos, immediatè sit sub papa qui est sacerdos magnus & totalis, & non reducatur in su-

Nota ꝙ ptãs papalis aliqñ innititur totalitati iurisdictionis solũ, vtputà qñ quispiã assumitur in papã et nõ est sacerdos, ut in, quit Aegidius 5. par. ca. 10. De Renũ. pp.

A premum sacerdotem per sacerdotem medium idest per episcopum, est reducere infimum supremo sine medio. Cum ergo hoc faciat exemptio est detestanda & tollenda nisi fiat pro euidenti vtilitate ecclesiæ quæ consistit in studio. Indubitanter.n. credimus ꝙ si periret studium periret fides: & si periret fides, naufragium pateretur ecclesia. His autem omnibus excursis, patet quod in rubrica capituli dicebatur.

Cap. XV. *Quòd ex ipso ordine uel diffinitione data ab Augustino de ordine, potest declarari exemptionem non esse faciendam sed tollendam.*



AVgustinus 19. de Ciuit. Dei, cap. 13. diffiniens ordinem, ait. Ordo est parium dispariumq; rerum sua cuiq; loca distribuẽs dispositio. Ex quibus verbis colligit ꝙ non est ordo sed horror, non ordinatio sed peruersitas, ꝙ in Vniuerso, vel Ecclesia tribuatur alicui locus non sibi debitus, cum ordo nihil aliud sit sm Augustinum, q̃ quædam dispositio vel quædã ordinatio cuis
C libet rerum tribuens suum locum. Cum ergo aer, sit naturaliter medius inter aquam & ignẽ, si remoueretur aqua de loco suo, & immediatè coniungeretur igni, nõ esset ordo sed horror, & esset destructio ignis vel aquæ. Cum ergo summus Pontifex teneat supremum gradum in ecclesia, sicut ignis inter elementa, & Episcopi sint medii inter summum Pontificem et alios homines quantum ad iurisdictionẽ spiritualẽ; & alii homines quãtum ad huiusmodi iurisdictionem immediate collocentᷣ sub summo pontifice, et supertollantur de loco sibi debito, est ordinem peruertere, et peruersitatem inducere: & si peruersitas non est facienda sed tollẽda, ergo et ipsa exemptio, cum hoc faciat, non est
D facienda sed tollenda. Verùm quia quãtum ad ordinem elemẽtorũ in superioribus sumus hãc materiam consecuti, volumus in hoc capitulo, iuxta definitionem datam de ordine, hanc materiam declarare. Augustinus in diffinitione præsata diffinit ordinem per ordinatam dispositionem, et tributionem locorum. Videmus autem in agẽtibus naturalibus, ꝙ agens naturale quãtum dat alicui de forma, tãtum dat sibi de loco: nam semper superiora sunt formaliora et perfectiora inferioribus. Facere ergo ꝙ inferius teneat locum superioris, est facere ꝙ nõ formale sit formale, et ꝙ detur locus superior cui debet dari locus inferior, siue superior et inferior accipiantur sm situm, siue sm dignitatem. Sicut enim in loco sm situm, quæ natura iacere iu- *Cap. 6.*

bet,

bet,non sunt eleuanda in altum;& grauia, quæ mouentur ad mediū,non sunt ponēda in loco leuium, quę mouentur a medio, sed omnia in suo loco sunt situanda, vt ordo in omnibus seruari possit;ita etiam in loco f m dignitatem est dare gradus,& ordinem, quia magis dignū est medium inter minus dignum & dignissimum. Sed quia contrarium facit exemptio, quæ coniungit immediate minus dignum dignissimo,cū deberet immediate cōiungi magis digno, ideo non solum non est facienda, sed quæ factæ sunt exemptiones omnino sunt tollendæ. Ex his autem apparere pōt quòd aliter reprobatur exemptio prout repugnat ordini, quod est sacramētum prout sacerdotium est quidā ordo, & put ex triplici sacerdotio probauimus exemptionē non esse faciendā in capitulo præcedenti: & aliter accipitur ordo non prout est sacramētum, sed prout est quædam ordinatio & quædam dispositio vnicuiq; tribuens sum locum, idest suū statum & suā dignitatem, f m quem modum reprobatur exemptio in præsenti capitulo. Primo modo loquitur de Ordine Magister sent. lib. 4. distin. 24. cum ait, Si autem quæritur quid sit quod hic vocat ordo: sane dicit potest signaculum quoddam esse, idest sacramentum q̄dā per quod spiritualis potestas ex officio traditur ordinato. Et subdit, Character ergo spiritualis, vbi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Ordo ergo sumptus ex pręcedenti capitulo est officium vel spiritualis potestas quæ traditur ordinatis in quolibet ordine; vł Ordo est ipse character, qui est quędam spiritualis potestas, per quam exercetur hmōi officium, f m quem modum in ecclesia sunt septem ordines, vt in eadem dist. Magister tradit, quorum supremus est Ordo sacerdotalis. Vtrum autē sit dare octauum ordinē, videlicet episcopatus, ex præcedenti capitulo patere pōt: nam episcopatus non dicit alium ordinem à sacerdotio, sed dicit perfectionem illius ordinis: nec ordinato in episcopum imprimitur alius character a sacerdotali, sed imprimitur ei perfectio characteris sacerdotalis, propter quòd Episcopus pōt dici sacerdos magnus. Et sicut homo non quicunq; sed homo perfectus & magnus (vt dicebatur) pōt facere alios homines, & generare eos: sic sacerdos non quicūq; sed perfectus & magnus pōt facere alios sacerdotes & creare eos. Exinde ergo est q aliquando dicunt septem ordines pp septem characteres, inter quos septem ordines nō reputatur episcopatus alius ordo a sacerdotio, quia nō imprimitur in eo aliquis character: aliquādo autem dicuntur esse octo ordines, & dicitur episcopatus esse alius ordo a sacerdotio non propter alium & aliū characterem, sed pp̄ter superadditam quandam perfectionē sacerdotali characteri. Et est simile in hac parte (vt supra diximus) de homine & de sacerdote, quia sicut homo magnus, & hō alius quicūq; q̄ntūcūq; A paruus nō habet aliā & aliā naturā: sed homo magnus super alios homines habet quandam perfectionem naturę, per quam pōt alios homines generare: sic episcopus tanq̄ sacerdos magnus non habet alium characterem q̄ alii sacerdotes, sed habet quandam perfectionem illius characteris, per quam potest facere alios sacerdotes: sic ergo accipitur ordo vt est sacramentum. Sed ordo, vt definitur ab Augustino, & principaliter agitur de eo in hoc capitulo, est vt omnibus tribuit sua loca. Vtroq; tamen modo sumpto ordine prout sumitur in hoc capitulo & in pręcedenti, potest probari exemptionem non esse faciendam, sed tollendam, vt est per habita declaratum.

B

Cap. XVI. q ex ordine diuinarum personarum probare possumus exemptionem non esse faciendam, sed tollendam.



Distinxerunt autē aliqui qnq; Hierarchias; vnam supercęlestem, quę est diuinarū personarū: & tres cęlestes, quę sunt tres Hierarchiæ Angelorum, de quibus tractat Dionysius in libro de cęlesti Hierarchia: & quintam Hierarchiam dicunt esse hominum, ex quibus constituitur Hierarchia ecclesiastica, de qua Dionysius fecit C quēdam librum sic intitulans eum de Ecclesiastica Hierarchia. Sed quòd diuinæ personæ faciant Hierarchiam non videt proprie dictum; nam in diuinis nō videtur quòd sit proprie hierarchia. Est. n. hierarchia idem q principatus sacer vel sanctus. Sed licet in diuinis proprie reperiatur sanctitas, iuxta illud, Sancti estote, quoniam sanctus ego sum: tñ non proprie in diuinis reperitur principatus respectu diuinarū psonarum: sed solum respectu creaturarum, sedm quem modum loquit philosophus in fine 12. Metaphysicorum, q totum vniuersum est vnus principatus, & istius vnius principatus est vnus D princeps. i. Deus: quia sicut dicimus quòd Deus est pater, Deus filius, Deus spiritussanctus: sic dicere possumus q istius principatus est pr̄ princeps, filius princeps, & spiritussanctus princeps. Tamen sicut omnes tres personæ nō sunt tres Dii, sed vnus Deus: sic omnes tres personę nō sunt tres principes, sed vnus princeps. Hāc materiam pertractat Augustinus lib. 5. de Trin. c. 13. non sub hoc nomine princeps, sed sub hoc nomine principium: vbi vult q totius principiū est pater. Sed si volumus videre, quomodo de talibus loqui possimus in diuinis: dicemus q in diuinis licet non sit proprie principatus, possumus tamen concedere q ibi sit proprie ordo: nam principatus intelligitur f m sub & supra,

Leuit. 19. a et 20. b

ẜm maiorem & minorem dignitatem, quia ẜm A
Aug. in his, quæ non mole magna sunt, idem
est esse maius quod esse melius, idest dignius.
In omni etiam principatu est prius & posterius
saltem dignitate: quia ille princeps est super eos,
quibus principat̃, & est in illis maior & dignior,
superior dignitate. In diuinis aũt personis nihil
maius aut minus, nihil prius aut posterius, nihil
supius aut inferius: sed est ibi omnimoda ęqua-
litas, iuxta illud Aug. 15. de Trin. filius per om-
nia est æqualis & similis vt pater, nõ tñ est pr̃, q̃a
alius filius, alius pater. Propter quòd principa-
tus non est proptie ponendus in Diuinis respe
ctu diuinarum personarũ. Põt tamen ibi poni
ordo, vt vult Aug nõ ordo ẜm quem vna p̃so-
na sit prior alia vel maior alia, sed ordo ẜm quẽ B
vna persona est ex alia. Est ergo ibi ordo origi-
nis non ordo prioritatis vel maioritatis. Secun-
dum ergo hunc ordinẽ quòd vna persona est
ex alia, possumus ibi saluare ꝙ vna p̃sona ope-
ratur per aliam, & ꝙ vna mittit aliam, & quòd
vna persona habet aliquam principalitatem in
aliquo actu vel in aliquo opere, vt comparatur
ad aliam. Nam quia vna persona est ex alia, vt
quia filius est ex patre, cõsequens est, quòd filius
habeat suã substantiam vel suam virtutem a Pa
tre. Propter ꝙ dicit Hylarius in suo lib. de Tri
nit. quòd filius nihil habet nisi natum, idest qđ
nascendo accepit: substantiam. n. & virtutẽ quã
habet filius, habet a patre, & totum accepit a pa
tre. Et sicut quodlibet agens agit per virtutem C
suam, ita pater operatur per filium, quia virtutẽ
suam operandi dedit & cõmunicauit filio. Pro-
pter quòd ait Ioannes, Omnia per ipsum (idest
per filium) facta sunt, quia omnia operatur per
filium: nã Deus pater non aliter quàm dicendo
Psal. 32.b operatur, iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt. Eo
ergo modo, quo Deus pater verbo dixit om-
nia verba, & per verbum operatur omnia: (Vn
de Aug. vndecimo Confes. loquens Deo pa-
tri, ait. Vno verbo æterno, tibi autem coęterno
simul & sempiterno dicis omnia quæ dicis, et fit
quicquid dicis) sic etiã vna persona mittit aliam,
quia hoc est mittere aliquod, operari aliquid p
illud. Hoc etiam modo habet vna persona in
aliquo actu vel in aliquo opere quandã princi- D
palitatem vt comparatur ad aliam, secundum
quem modũ loquitur Aug. 5. de Trinit. c. 28. di
cens, Spiritussanctus est a patre principaliter.
Vnica enim & simplici spiratione producunt
vel spirant pater & filius spiritum sanctum: sed
illa & vnica simplici spiratione, Spiritussanctus
procedit a patre principaliter, & pater dat filio
virtutem spirandi, ideo dicitur spirare per filiũ,
& dicitur spirare principaliter. Propter ꝙ spiri-
tussanctus est a patre dupliciter, quia est a patre
immediate & secundum se prout ipse pater spi-
rat spiritum sanctũ: & est a patre mediate, idest,
mediante filio & per filium, inquantum dat filio
ꝙ spiret spiritum sanctum. Sed spiritussanctus
est a filio vno modo, inquantum est a filio im-
mediate: non. n. est a filio mediãte patre quòd in
illa spiratione filius aliquid det patri, sed ecõuer
so. Ergo in hac spiratione filius spirat ẜm se: &
si comparetur ad patrem, filius spirat receptiuè,
recipiendo virtutem spirandi a patre: pater ve-
rò spirat ẜm se, & spirat datiuè, quia dat filio vir
tutem spirandi semp: propter ꝙ pater spirat du
pliciter immediate & ẜm se, & mediate siue prin
cipaliter put hoc cõmunicat filio, & spirat me-
diante filio siue per filium. Et quod dictũ est de
patre & filio put spirãt spiritum sanctum, veri-
tatem habet de patre, filio, & spiritu sancto put
pducunt creaturam. Nam sicut spiritussanctus
est a patre dupliciter principaliter, & immedia-
te: & est a filio vno modo tantum, videlicet ime-
diate. (Non est autem a filio principaliter, quia
ꝙ filius spiret recipit ab alio idest a patre.) ita
possumus, prout materia patitur, hoc adaptare
ad creaturam put creare est opus diuinum, &
dicere ꝙ creatura procedit a patre et filio & spi
ritusancto, vnica & simplici creatione, hoc ta-
men non obstante procedit a patre tripliciter,
a filio dupliciter, a spiritusancto vno modo: in-
diuisa enim sunt opera trinitatis ẜm August. &
Diony. quia est indiuisa substãtia et virtus. Sed
licet sit vna et eadem substantia et virtus in pa-
tre & filio & spiritusancto: tñ ẜm modum se ha
bendi, illa eadem substantia & virtus est aliter in
qualibet persona, quia in patre se habet vt non
cõmunicata ab alio; in filio autẽ vt cõmunicata
a patre, in spiritu sancto vt cõmunicata a patre
& filio. Propter ꝙ illa actio siue illa creatio qua
pducitur creatura est immediatè a Trinitate,
quia virtus creandi est in qualibet persona, pp
ꝙ quęlibet persona creat immediatè, q̃a habet
in se illam substantiam & illam virtutem a qua
creatura procedit immediate. Hoc tamen non
obstante illa actio & illa creatio est a patre et fi-
lio non solum immediate, sed mediate & prin-
cipaliter prout comparátur ad spiritum sanctũ,
& dant & cõmunicant ei virtutem creandi. Rur
sum illa creatio est a patre non solum immedia
te & mediate siue principaliter prout virtutem
creandi communicat spiritui sancto, sed etiam a
patre mediate & principaliter put virtutẽ crean
di cõmunicat filio, & put cõmunicat eã spiritui
sancto. A filio autem est huiusmodi creatio du
pliciter, vno modo immediate prout est a quali
bet persona, alio modo mediate & principaliter
prout virtutem creandi cõmunicat vni soli per
sonæ videlicet spiritui sancto. Sed a spiritusan-
cto est illa creatio solum immediate prout est a
qualibet persona. Sed respectu diuinarum per-
sonarum nullo modo est creatura vel creatio a
spiritusancto mediate et principaliter, quia spiri
tussanctus nulli personæ tribuit vel cõmunicat
aliquid. nam respectu diuinarum personarũ se
habet spiritussanctus receptiuè non datiuè. Pos
sumus autem hæc clarius dicere: nam pater cõ-
paratur

paratur ad opus creatum tripliciter, vno modo A fm se, quia virtutem habet a seipso, alio modo, vt dat virtutẽ creandi filio, alio modo vt dat virtutem creandi spiritui sancto: sed filius dupliciter comparatur ad huiusmodi opus, vno modo secundum se, quia ipsum opus creatum secundum se a filio est; alio modo potest comparari ad huiusmodi opus mediãte spiritu sancto, prout vnà cum patre dat virtutem creandi spiritui sancto. His autem omnibus prælibatis, volumus ostendere speciale propositum. Tractauimus autem hanc materiam diffuse, quia multũ est vtilis, & multum illuminat intellectũ hçe materia: ex qua habemus argumentũ ad principale propositum. Nam si diuinæ personç seruant suum ordinem inconcussum, quia pater com- B municat naturam & ea quę habet filio, non autem filius patri: & pater semper spirat spiritũ sanctum per filium, & ex hoc semper spirat principaliter: & pater producit opus creatum semp: & pater pducit opus creatum principaliter respectu filii, quia virtutem creandi communicat filio: filius autem pducit huiusmodi opus principaliter respectu spiritussancti, quia virtutem creandi cõmunicat ei: propter quod opus creatum semper reducitur in patrem per filium & spirium sanctum. Cum Exemptio faciat contrarium horum, quia inferius reducũ in supremum nõ per medium: iam nihil aliud est exemptio nisi quædam inordinatio, quia rem, quæ debet esse in inferiori loco, & debet reduci in su C premum per medium, coniungit supremo sine medio. Idem est ergo facere exemptionem, & facere quod personæ ecclesiasticæ inferiores reducãtur in supremum Pontificem nõ per Prçlatos medios, & quod summus Pontifex velit operari in personas inferiores ecclesiasticas nõ per Prælatos medios: ac si pater vellet reducere creaturas in seipsum nõ per filium medium, & creare eas non per filium: ac si pater & filius vellent in se reducere creaturas non per spiritũ sanctum, cui communicant virtutem creandi. Nõ tamen dicimus quod in hoc sit omnino simile, sed est secũdum impossibilitatem & indecentiã. nã impossibile est patrẽ creare creaturas nõ p filiũ, & impossibile est patrẽ & filiũ creare D creaturas & non per spiritum sanctum. Exẽptio quantum ad summũ pontificem nõ dicit impossibilitatem, sed indecentiam: decet enim summũ pontificem non solum exemptionem non facere, sed etiam factam tollere, nisi hoc faciat pro magna & euidenti vtilitate ecclesię. Concludamus ergo & dicamus ꝙ tãtũ videmus ordinẽ in actione diuinarum pſonarũ, ꝙ sũmus Põtifex tanq̃ constitutus a Deo in sede, & tanq̃ imitator fidei, summè debet cauere inordinationem, & vitare exemptionẽ, & quãtũ possibile est Ecclesiasticas personas fm suum statum & ordinẽ in se reducere: & modũ ordinatum, cui contradicit exẽptio, in pſonis ecclesiasticis semper seruare.

A *Cap. VII. Quòd ex ipsis Hierarchijs angelicis possumus declarare Exemptionem nõ esse faciẽdam sed tollendam.*



Est autem in Angelis triplex distinctio, vna Hierarchiarum, alia Ordinum, tertia Personarum. Sunt autem in Angelis tres Hierarchiæ: in qualibet autem hierarchia sunt tres ordines, propter quod cõputãtur nouem ordines Angelorum: in quolibet autem ordine sunt multi & innumerabiles Angeli, siue personę angelicę. Propter ꝙ videndũ est vnde oritur distinctio hierarchiarum: vnde B ordines, qui sunt plures in qualibet hierarchia: & vnde angelorum distinctio, qui sunt multi & quasi innumerabiles in quolibet Ordine. In hoc capitulo licet intendamus aliquid tangere de huiusmodi qualibet distinctione, principaliter tñ intendimus prosequi de distinctione hierarchiarum, vt ex huiusmodi distinctione manifeste concludamus exemptionem non esse faciendam sed tollendam. Dicemus ergo ꝙ aliter accipitur distinctio Angelorum, aliter ordinũ, & aliter hierarchiarum: nam distinctio Angelorum accipitur ex diuersitate naturarum, distinctio ordinum ex diuersitate operum, & distinctio hierarchiarum ex diuersitate illuminationum. Propter distinctionem Angelorũ sciẽ C dum, ꝙ quot sunt personę angelicę, tot sunt species angelorum: sunt. n. angeli quędam formæ per se existentes, vel ꝙ idem est, sunt quædam substantiæ separatæ, sunt. n. separatæ a materia. Tripliciter ergo possumus ostendere ꝙ quot sunt angeli tot sunt species angelorum. *Quot angeli tot species.* Primo vt Angeli sunt quædam formæ. Secundo prout formæ comparantur ad numeros. Tertio prout huiusmodi formę comparantur ad animam humanã. Si. n. Angeli sunt ipsę formæ, non possunt differre nisi formaliter & per formam, quod est differre specie: nam Aug. 83. q. de Ideis, ait ꝙ Ideas, formas vel species possumus dicere, vt verbum de verbo transferre videamur. Idem est ergo forma & species: et qđ D Græci dicunt Ideas, Latinę verbum de verbo transferendo formas vel species fm Augustinũ possumus nuncupare. Cum ergo Angeli sint quædam formę, et non possint differre nisi formaliter, quia idem est forma & species, oportet omnes Angelos differre specie; ppter ꝙ sicut quot sunt Angeli tot sunt formæ per se existentes separatæ, ita quot sunt Angeli tot sunt species Angelorum. Secundò hoc idem patet, si comparemus formas ad numeros: nam secũdũ Philosophum. 8. Metaphy. formæ sunt sicut *Cap. 3* numeri: nam nulli sunt duo numeri formaliter differentes, habentes totidem perfectiones vel ęquè perfecti: potest. n. cõtingere ꝙ differentia numero sint ęquè perfecta, sed quod differẽ

tia formaliter et ſpecie ſint ęquè pfecta eſſe non
poteſt, quia ſemꝑ vna ſpecies eſt perfectior alia.
Aduertendum tñ quòd formæ ſunt ſicut nume
ri,& ſunt ſimiles numeris,ſed quantũ ad aliquid
eſt ſimilitudo contraria: nam ſicut oẽs numeri
procedunt ab vnitate,ſic omnes formæ & oẽs
ſpecies procedũt a Deo, qui ſe habet vt vnitas:
de quo dicit Boethius in lib. de Trinit. ꝙ Deus
eſt verè vnus, in quo nullus numerus. Quod
verum eſt loquendo de numero rerum abſo-
lutarum: non eſt verũ de numero rerũ relata-
rum. Sunt.n.in diuinis tres res,ideſt tres perſo-
næ, quæ non ſunt tres res abſolutæ, ſed relatæ.
In hoc ergo ſe habẽt formæ ſicut numeri, quia
omnes procedunt ab vno Deo, qui vere ſe ha-
bet vt vnitas. Conueniunt etiã formæ cum nu-
meris, quia ſicut numeri propinquiores vnita-
ti ſunt minus compoſiti, ita formæ propinquio
res Deo ſunt magis ſimplices & minus compo
tę. Eſt tñ iſta ſimilitudo aliquo modo per cõtra-
rium, quia numerus quanto propinquior vni-
tati, tanto habet rationẽ minoris numeri: ſed
forma quanto eſt propinquior Deo, tanto eſt
perfectior, & tanto habet rõnem maioris nume
ri, quia continet in ſe plures perfectiones. Pro-
pter ꝙ ipſe Deus eſt numerus ſine numero, vt
vult Aug. ſuper Gen. eſt etiã infinitus, quia con
tinet infinitas perfectiones vt vult Diony. Si er
go formæ ſunt ſicut numeri, & non ſunt duo
numeri formaliter differentes eiuſdem ſpeciei,
quia non poſſunt niſi formaliter differre cum
ſint quędam formę, nõ erunt duo Angeli eiuſ
dem ſpeciei: ꝑpter quod quot ſunt Angeli, tot
ſunt ſpecies Angelorum. Tertio hoc idẽ patet,
ſi comparentur Angeli ad animã humanã. Im
poſſibile eſt aũt ꝙ anima humana ſit compoſi-
ta ex materia & forma: nam cũ anima ſit forma
corporis, & omnis forma ſm ſe tota ſit quidam
actus, impoſſibile eſt ꝙ in aliqua forma ſit mate
ria vel ſit aliquid quod ſit pura potentia. Et ex-
inde eſt ꝙ nullum compoſitũ poteſt eſſe forma,
& maxime ſi ſit compoſitũ ex materia & forma:
anima enim ſi eſſet ſic compoſita ex materia &
forma perficeret duas materias, videlicet mate-
riam ſuam & materiã corporis: & vtrunq; perfi
ceret per ſe & immediate, quod eſt impoſſibile.
Si ergo anima humana, quæ tenet infimũ gra-
dum in genere ſubſtantiarum ſeparatarũ, non
eſt compoſita ex materia & forma, ergo nec q-
libet angelus, qui naturaliter eſt ſimplicior qua-
cunq; anima, non põt in ſe habere materiã, ſed
eſt ipſa forma. Omnes ergo angeli, vt ſũt quæ-
dam formæ, nõ pñt inter ſe differre, niſi forma
& ſpecie: quot ergo ſunt angeli, tot ſunt ſpecies
angelorum. Ex his ergo haberi poteſt, quomo
do accipienda ſit diuerſitas Angelorũ: nã cum
ipſi angeli ſint quædã formæ, & natura per an-
tonomaſiam dicatur de forma vt poteſt patere
ex. 2. Phyſicorũ, oportet ꝙ diſtinctio & diuer
ſitas angelorum accipiatur ex diſtinctione & di

A uerſitate naturarum: & quia non ſunt duæ for
mæ formaliter & ſpecie differentes ęqualis pfe
ctionis, non erunt duo angeli habentes naturã
æquè ſimplicem et ęquè perfectam: et quia in
ſimpliciori et perfectiori natura recipitur nobi
lius eſſe, non erunt duo angeli habentes æquè
nobilius eſſe: inſuper quia natura Angelorum
eſt intellectualis, & inter intellectualia habentia
perfectiorem naturam & nobilius eſſe, habent
perſpicatiorẽ intellectũ: ſicut non ſunt duo An
geli habentes æquè perfectam naturã et æquè
nobile eſſe: ſic non erunt duo angeli habentes
ęquè perſpicacem intellectũ. Redeamus ergo
ad propoſitũ, et dicamus ꝙ cũ quæritur quo-
modo accipienda ſit diſtinctio Hierarchiarũ, et
Ordinum angelorum, quia in quolibet ordine
B ſunt multi angeli: dici poteſt ꝙ diuerſitas ange
lorum accipienda eſt tripliciter, videlicet ex bo
nitate et perfectione, ex nobilitate eſſendi, et ter
tio ex perſpicacitate intelligendi, quia non ſunt
duo angeli ęquè habentes naturam perfectã,
nec ęquè nobile eſſe, nec ęquè perſpicax intelli
gere. Reſtat ergo videre quomodo diuerſitas
ordinum accipienda ſit ex diuerſitate operum,
vel ex diuerſitate denominationũ, quæ denomi
nationes ſunt ex operibus ſumptæ. Sed quia de
hoc tractabitur in ſequenti capitulo, vbi ex or
dinibus angelorum declarabimus exemptionẽ
non eſſe faciendam ſed tollendam: ideo in hoc
capitulo volumus declarare quomodo ex di-
ſtinctione hierarchiarum eſt hic agendũ. Dice
C batur ſupra ꝙ diſtinctio hierarchiarũ ſumenda
erat ex diſtinctione vel ex diuerſitate illumina-
tionũ, quas illuminationes oportet deſcendere
a Deo in Angelos, ſm quod ipſæ hierarchiæ
ſunt adinuicem ordinatę. Cũ ergo prima hie *Aeg. de diuina*
rarchia ſit inter Deum et homines, ſecunda in- *influentia in*
ter angelos et angelos, tertia inter angelos et *beatos.*
homines, oportet ꝙ prima hierarchia quę ꝗtũ
ad illuminationem ſe habet immediate ad Deũ,
recipiat illuminationes immediate a Deo: ſemꝑ
enim hierarchia illuminatur ab eo quod eſt ſu
pra ſe, et illuminat eos qui ſunt ſub ſe: et quia
prima hierarchia eſt inter Deum et Angelos,
oportet vt illuminetur a Deo, et illuminet An-
D gelos. Secunda vero, quia eſt inter angelos pri
mæ hierarchiæ tanquã inferior, et angelos ter
tiæ tanq̃ ſuperior, oportet ꝙ illuminetur ꝑ an-
gelos primæ hierarchiæ tanq̃ per ſuperiores, et
illuminet angelos tertiæ hierarchiæ tanq̃ infe
riores. Tertia autem hierarchia, quæ eſt inter
angelos ſecundę hierarchiæ et homines, opor
tet ꝙ illumineť per angelos ſecundę hierarchię
tanq̃ per ſuperiores, et illuminet homines tanq̃
inferiores. Aduertẽdum autẽ ꝙ ſicut eſt in ho
minibus, ita ſuo modo eſt in angelis. In homini
bus aũt eſt dare quinq; gradus, vt groſſo modo
loquamur, primo Magiſtrum habentem cathe
drę excellentiam: ſecundo, ſunt Baccalaurei:
tertio, ſunt Lectores: quarto, ſũt Pręedicatores:
quinto,

quinto,est Plebs vel populus. A sũmo doctore descendunt illuminationes in baccalaureos: & isti se habẽt vt prima hierarchia, quæ immediate illuminatur a Deo. A baccalaureis autem descendunt illuminationes in lectores, qui se habent vt secũda hierarchia. A lectoribus in prædicatores, qui se habent vt infima hierarchia. A prædicatoribus descendunt illuminationes in homines populares vel plebeios, qui repręsentant hierarchiam hominum, qui illuminant ab ipsa hierarchia Angelorum. Aduertendum ẽt ꝙ non omnes homines baccalaurei sunt æque subtiles nec ęque simplices: supponuntur tamẽ esse tantæ perspicacitatis, quod possint immediate doceri a Doctore. Sic omnes angeli primæ hierarchiæ nõ sunt eque perspicaces: & nõ B solum omnes angeli primę hierarchię nõ sunt æque perspicaces, immo ẽt nec duo angeli eiusdem vel diuersorum ordinum sunt ęque perspicaces: nã cum omnes angeli differunt in specie & formaliter, non est dare inter eos habẽtes æque perfectã naturam, nec æque nobile esse, nec æque perspicax intelligere, vt superius tangebatur: ꝑpter quod inter etiã ipsos Seraphim
Cap.6 vnus docet ab alio; & illud, Isaię, duo Seraphim clamabãt alter ad alterum, videt exponere Dio
De cel. nysius quantum ad doctrinã, qua alter petebat doceri ab altero: omnes tñ de prima hierarchia
hier.c.7, supponunt esse tales ꝙ immediate illuminentur a Deo, loquendo de illuminatione cõmuniter, quia omnia talia sic sunt intelligenda. Nã cum C dicit quod natura non agit in superfluum, nec deficit in necessariis, intelligitur cõmuniter loquendo, nã aliqui nascuntur monstruosi habẽtes superfluum, quia nascunt cum pluribus digitis q̃ debeant habere: & aliqui nascuntur diminuti, quia nascuntur monoculi, vel etiam cęci. Cum ergo dicimus ꝙ prima hierarchia immediate illuminatur a Deo, oportet intelligere loquendo cõmuniter, quia potest esse aliqua illuminatio, quæ non peruenit immediate ad omnes primæ hierarchiæ angelos, sed oportet superiores de illa hierarchia docere inferiores de eadem hierarchia: sic etiã esse potest illuminatio aliqua, quæ immediate pertingit non solum ad omnes de prima hierarchia, sed ẽt ad omnes de D alia hierarchia. Sed cõmuniter loquẽdo prima hierarchia immediate illuminatur a Deo, & alii illuminantur suo modo & suo ordine, vt est ꝑ habita declaratum. Igitur quia hierarchia nr̃a ecclesiastica debet imitari hierarchias cęlestes et angelicas, cum videamus tãtam ordinationẽ in illis cęlestibus hierarchiis, vt quod prima hierarchia immediate se habeat ad Deum; secunda immediate ad primã hierarchiã: tertia immediate ad secundã: cum tñ fiat exemptio in talibus nec secundum totum, nec secundum partẽ, vtputa quia tota hierarchia tertia, vel pars eius, quantũ ad illuminationes, immediate collocetur circa Deum, vel circa primam hierarchiam; sed omA nes huiusmodi hierarchiæ inconcussẽ seruant suum ordinem ordinatum & debitum: & sicut hierarchię cęlestes quantum ad illuminationẽ inferiorem reducũtur in superiora per media: sic illi qui sunt in hierarchia ecclesiastica nõ debent inferiores collocare circa superiores, vel circa supremum immediatẽ, sed debent reduci in superiores vel in supremum per medios Pręlatos: & qa cõtrarium huius facit exemptio, clarius patet quod in rubrica huius cap. tradebat, videlicet quod ex ipsis hierarchiis anglicis declaratur exemptionem non esse faciendam, sed tollendam.

Cap. XVIII. ꝙ ex ipsis ordinibus angelorum possumus declarare Exemptionem non esse faciendam, sed tollendam.



Ostq̃ de hierarchiis angelorum declarauimus nostrũ propositum de exemptione, in hoc capitulo hoc idem volumus declarare ex ipsis ordinibus angelorum. Dicemus.n. ꝙ totam militiam cęlestẽ, idest omnes angelos, omnia corpora supercęlestia, omne ęuum, & totum vniuersum, ordinauit Deus C ad bonum, & ad regimen electorum, vt ex hoc boni habeant maiorem materiã laudandi Deũ, & cõmendandi se Deo, qui totum vniuersum.i. omnes creaturas voluit ordinare ad profectum eorum, cuius gratia sunt saluati: & mali sint magis confusi in seipsis, qui spreto tanto bono, et tãta benignitate Dei ordinantis vniuersam creaturam ad eorum bonum, sua culpa sunt damnati. Omnes.n. hierarchiæ & omnes ordines angelorum non sunt nisi quidam principatus ordinati ad bonum electorum: vnde in fine mundi cessabit huiusmodi oẽs principatus, iuxta illud 1. Corinth. 15. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo patri, cum euacuauerit oẽm principatum, potestatem, & virtutẽ. Nam in fine mundi Deus tradet virtutes, idest cessabunt oẽs iste pręlationes Angelorum, & non solum prælationes Angelorum, sed etiam cessabunt pręlationes hominum & Dęmonum. Nam secundũ glossam ibidem, vsq; in finẽ mũdi Angeli angelis, homines hominibus, & Dęmones dęmonibus pręerunt: sed post finem mundi omnia ista cessabunt: remanebunt.n. ordines angelorũ, & ipsi angeli ſm sub & supra, qa aliqui eorum habebunt maiorem gloriam, aliqui minorẽ, sicut et nunc habent: nam vt ait Dominus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ista.n. multitudine mansionum et diuersitate multorum: facient tunc Angeli & homines vnam ciuitatem

Dei ſecundum diuerſitatẽ meritorum. Nam alij
qui hominum aſſumẽtur ad ordinẽ Seraphim,
alii ad Cherubim, & ſic de aliis ordinibus, put
hoïes in hoc ſeculo magis & minus meruerũt.
Eſt.n.ibi unus Deus omnes glorificans, & om-
nes replens gaudio. Et ſicut homines boni cum
angelis bonis faciunt vnã ciuitatem Dei, ſic ho-
mines damnati cum malis angelis facient vnam
ciuitatem Diaboli. Et ſicut in ciuitate Dei erit
vnus Deus omnia glorificãs ſecundum diuer-
ſas viſiones, & ſm quod diuerſimode meruerũt:
ſic in ciuitate Diaboli erit vnus ignis oẽs cruciãs
ſm diuerſas mãſiones, ideſt ſm ꝙ diuerſimode
meruerunt. Omnes.n.tunc homines & angeli
beati, erunt docibiles Dei, & immediate docebũ
tur a Deo, & illuminabuntur, ita ꝙ nec angeli
docebunt angelos, nec homines; quantum ad
nouam inſtructionẽ, quia non vlterius profi-
cient in ſciẽtia, ſed immediate oẽs illuminabun
tur a Deo, iuxta illud Ieremię. 31. Et ero eis in
Deum, & ipſi erunt mihi in populũ: & non do
cebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem
ſuum, dicens, Cognoſcite dominum: oẽs enim
cognoſcent me a minimo eorum vſq; ad maxi
mum, ait dñs. Et quod dictũ eſt de hominibus,
veritatẽ habet de Angelis: quia tunc homines
& angeli, vt vult Auguſtinus in principio. 12.
de Ciuitate Dei, conſtituent vnã ciuitatem. An-
geli ergo dum durat mundus cõſtituunt diuer-
ſas hierarchias & diuerſos ordines, in quibus ſu
perior hierarchia & ſuperior ordo illuminat
inferiorẽ quantum ad vniuerſi regimen ad bo
num electorum; ſed in fine mũdi ceſſabunt iſta,
quia non vlterius indigebunt electi alio regimĩ
ne, ſed quilibet eorum erit rex regum & dñs do
minantium. Et qđ dictum eſt de angelis ꝙ ope-
rationes eorum ſunt propter bonum & ꝓpter
regimen electorum, veritatẽ habet de corpori-
bus ſuperceleſtibus quod actiones, & motus
ſunt propter bonum & propter profectum ele
ctorum. Nam in fine mundi ceſſabunt oẽs mo
tus ſupercęleſtium corporum iuxta illud Sol
Habacuc. 3. c Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Et quod di-
ctum eſt de angelis & de ſupercęleſtibus cor-
poribus, veritatẽ habet de elementis: habent.n.
nunc elementa actiones ſuas per quas agunt &
patiuntur adinuicem & generantur & corrum
puntur, quia ſi non eſſent hæc in elementis ex
quibus cõponuntur miſta, & non eſſet genera-
tio & corruptio elementorum, non eſſet gene
ratio & corruptio miſtorum, & per cõſequens
nec hominũ. Et quia per generationẽ hominũ
impletur numerus electorum, propter quorũ
impletionẽ non poteſt ceſſare generatio & cor
ruptio a rebus iſtis inferioribus: ideo completo
numero electorũ, omnia iſta ceſſabunt eo mo-
do quo ſunt nunc. Sed ꝙ alio modo poſt iudi
cium nõ remaneant omnia iſta, in ſequenti cap.
poterit declarari. Ex his autẽ omnibus poſſu-
mus diſtinguere hierarchias & ordines. Imagi-

A nabimur.n. ꝙ deus eſt princeps & rex omnium
angelorũ & totius vniuerſi: & propter bonum
& regnũ electorũ ordinauit hierarchias. i. prin-
cipatus, & etiã in hierarchiis varios ordines an-
gelorum. Sicut ergo rex aliquis in hoc ſeculo
accepit aliquos de ciuibus ſuis, & facit inde cu-
riam ſuam in qua aliqui ſunt ſecretarii regis in-
tromittentes ſe de omnibus quę ſunt in regno:
aliqui ſunt magiſtri & iudices in curia regis agẽ
tes opera & exercentes iudicia pertinentia ad to
tum regimen: aliqui ſunt Balliui & præpoſiti
ſparſi per diuerſas partes regni. Secretarii au-
tem ſunt in veſtibulis regis, & in cameris regis
ſcientes ſecreta regis quomodo vult regimen
ſuum regi: & iſti conſtituunt primam hierar-
B chiam. Nam vt diximus, hierarchiæ diſtinguun
tur ſecundũ diuerſitatem illuminationum. Nã
ſicut immediatẽ docentur a rege, & poſtea do-
cent aliquos volũtatem regis: ſic prima Hierar
chia immediatẽ illuminatur a deo, & docet ab
ipſo de regimine vniuerſi, & poſtea docent ali-
quos & illuminãt de regimine vniuerſi quomo
do deus vult vniuerſum regi vt ſaluẽtur electi:
Magiſtri autẽ & iudices in curia regis intromit-
tentes ſe de toto regno, faciunt ſecundam Hie-
rarchiam. Alii autem ſparſi per diuerſas partes
regni, & intromittentes ſe de toto regno ſicut
ipſi magiſtri, docentur a ſecretariis & cubi-
culariis Regis: ita ipſi de tertia Hierarchia
docentur a magiſtris & iudicibus de ſecun-
C da Hierarchia. Ex diuerſitate ergo doctri-
narum & illuminationum, diſtinguuntur hie-
rarchiæ, quia prima illuminatur a deo, ſecũda a
prima, & tertia a ſecũda. Ipſos autẽ ordines poſ
ſumus diſtinguere ſecundũ operationes: quia
Seraphim denominantur a diligere; dicuntur
enim Seraphim quaſi incendentes vel ardentes
incendio vel ardore dilectionis & charitatis.
Cherubim denominantur a ſcire, hoc eſt enim
Cherubim quaſi plenitudo Scientiæ. Throni
etiam denominantur a iudicare, dicunt enim
Throni quaſi ſedes, in quibus iudicia exercen-
tur. Et iſti ſunt tres ordines conſtituentes pri-
mam Hierarchiam, quæ tota conſiſtit in eo
quod illuminantur & docentur a deo. Et oẽs
D tres ordines Cherubim, Seraphim, & Thro-
ni, ſumpti ſunt in eo quod conſtituunt ſcien-
tiam ſecretorum Dei de regimine & guberna-
tione vniuerſi: & iſti reuelant aliis volunta-
tem Dei, quomodo Deus vult vniuerſum re-
gi, vt electi non pereant, ſed ſaluentur. Ad-
uertendum autem quod ſcientia ſecretorum
Dei in qua conſiſtit tota prima Hierarchia, &
omnes tres præfati ordines, tripliciter poteſt
denominari: vel a cauſa ſcientiæ, vel ab ipſa
ſcientia, vel ab effectu ſcientiæ. A cauſa ſcientię
denominantur Seraphim, qui ſunt ardentes &
accenſi amore dilectionis; nã amor & dilectio
eſt tota cauſa, quare aliquis reuelat alii ſecre-
ta ſua. Seraphim ergo dicti ardentes ab ardore
amoris,

amoris, qui est causa reuelationis secretorum.
Cherubim vero tãq̃ ordo sub Seraphim deno
minatur ab ipsa scientia, quæ non est ita alta si-
cut sua causa: iste.n. actus qui est scire nõ est al-
tus sicut amare, quia vt dicit Hugo in cõmento
super Angelica hierarchia, Intrat amor vbi fo-
ris stat scientia. Seraphim, autẽ qui denominant̃
ab amore intrant ad secreta Dei, & reuelant̃ eis
aliqua secreta, vbi stant foris Cherubim qui de-
nominãtur a scientia. Throni vero, qui est ter-
tius ordo primæ hierarchiæ, non denominan
tur ab amore qui est causa scientiæ & reuelatio-
nis secretorum, a quo denominant̃ Seraphim
nec ab ipsa scientia a qua denominatur Che-
rubim, sed denominantur ab effectu scientiæ,
qui est iudicare: dicuntur.n. Throni quasi sedes
Dei, in quibus sedet Deus proferens iudicia sua
de regimine vniuersi, vt saluentur electi: quia
iudicare est effectus scientiæ, vt potest haberi ex
primo Ethicorum, vbi dicitur. Vnusquisq; be-
ne iudicat de his quæ nouit, & horum bonus
est iudex. Prius enim intelligimus q aliquis no-
scat & sciat, & postea quòd sm illud nosce & sci
re bene iudicet. Ergo ab istis tribus operibus vł
tribus actibus, qui sunt amare, scire, & iudicare,
sumuntur tres ordines primę hierarchiæ. Ab
aliis tribus operatiõibus vel actibus, qui sunt im
perare, impedimẽta remouere, & imperata effe
ctui demãdare, sumuntur alii tres ordines secũ-
dæ hierarchiæ, videlicet Dominationes, Virtu
tes, & Potestates. Nam officium Dominationũ
est imperare aliis, quomodo regat̃ vniuersum.
Nam postquã Seraphim intrauerunt ad secre-
ta Dei, & Throni per scientiã, quam acceperũt
a Cherubim, reuelauerunt aliis iudicia Dei,
Dominatiões per reuelationẽ receptã a Thro-
nis de iudiciis Dei, imperant vt sm illa iudicia re
gatur vniuersum. Virtutes autẽ quantum ad im
perata remouent impedimẽta, quę possunt illa
imperata impedire. Vñ & facere miracula põt
attribui Virtutibus, quia p miracula inducunt̃
corda fidelium ad credendum, & per miracula
remouentur impedimenta incrudelitatis. Sed
tertio, scitis & cognitis his, quæ Dominationes
imperauerunt, & ad illa imperia exequenda re-
motis illis impedimentis per Virtutes, student
Potestates, quæ impata sunt effectui demanda-
re. Ista ergo secunda hierarchia, (quæ cõtinet
tres ordines iuxta tria opera, quæ sunt impera-
re, impedimenta remouere, & remotis impedi-
mentis imperata effectui demandare) illuminat̃
a prima hierarchia, vt est per habita manifestũ.
Hęc ergo secunda hierarchia intromittit se de
toto Vniuerso circa totum, sua opera exercen-
do. Sed tertia hierarchia intromittit se de parti-
bus vniuersi, puta vt de tota vna prouincia, quę
est pars Vniuersi; vel de personis singularibus,
quæ sunt partes istius Prouinciæ, vel illius. Di-
cuntur esse tres ordines in tertia hierarchia, vi-
delicet Principatus, q quasi principes intromit-
A tunt se de variis Prouinciis, vt princeps Persa-
rum intromittebat se de Persia, & Michael tan
q̃ princeps Iudęorum se intromittebat de po-
pulo Iudaico. Archangeli & Angeli qui sunt
duo ordines in fine huius tertię hierarchię pos
sunt distingui, quia Archãgeli se intromittunt
de maioribus negotiis: Angeli verò de minori-
bus. Vel Archangeli intromittunt se de perso-
nis, vt bonum illarum personarum est bonum
multitudinis, vt Gabriel Archangelus nuncia-
uit Mariæ natiuitatem Christi, quæ fuit bonum
totius populi christiani. Angeli vero se intro-
mittunt de singularibus personis vt sunt singu
gulares personæ, & vt bona ea sunt quędã bo-
na propria. Ex omnibus autẽ his concludamus
B & dicamus quòd si Deus tantam diligentiam ap
ponit in regimine Vniuersi per ipsas hierar-
chias, vel per ipsos cęlestes ordines Angelorũ;
vt omnia in eis secũdum ordinem fiant, vt quili
bet Angelus suum ordinem teneat, & suum lo
cum seruet ad regimen vniuersi: quantã curam,
quantam diligentiã summus Pontifex habere
debet in regimine ecclesię, vt omnia sm ordinẽ
fiant, & quilibet in suo loco sit positus, & faciat
illud bonum quod spectat ad ipsum, vt bene re
gatur Ecclesia et saluentur electi. Et quia exem
ptio locum debitum nõ seruat, locum propriũ
nõ custodit, sed res debitas & ordinatas in vno
loco, collocat super illum locum & in loco eis
non debito, nec in ordine sibi competenti, de-
C cet sũmum Pontificem non solũ exemptiones
non facere, sed factas tollere, nisi pro magna &
euidenti causa & vtilitate ecclesiæ ad eas facien-
das inclinetur vel moueatur.

*Cap. XIX. Quòd ut remanebunt distinctiones hie-
rarchiarum secundũ ordinem Angelorum,
possumus declarare exemptionem nõ
esse faciendam, sed tollendam.*



Icebat̃ autem supra, quòd
erant tres distinctiones An
gelorum, vna hierarchia-
rum, alia ordinũ, tertia pso
D narum. Sunt. n. hierarchię
angelorum sumptæ scd'm
alium & alium modum illu
minationis. Nã prima hierarchia est inter Deũ
& angelos qui illuminant̃ a Deo, & illuminant
Angelos. Secunda est inter Angelos & ange-
los, & est inter primam angelorum hierarchiã,
& tertiã: pter quod illuminantur ab angelis
primę hierarchiæ, & illuminant angelos tertiæ
hierarchiæ. Hierarchia autẽ tertia est inter an-
gelos & homines: illuminat̃ ergo tertia hierar-
chia ab angelis secũdæ hierarchię, & illuminãt
hierarchiã hominũ, vel ipsos hoïes (accipiẽdo
illuminationẽ receptiuè et effectiuè, in quãtum
eadem hierarchia habet eundem modum illu-

minationis vt alia, qa prima hierarchia lumen
recipit a Deo, & facit lumen in Angelos: tertia
recipit lumen ab angelis & facit lumẽ in hoĩes.)
Sic ergo diuidi possunt hierarchiæ. Et quia in
qualibet hierarchia sunt tres ordines angelo-
rum, & in quolibet ordine sunt multi angeli vel
multæ personæ angelorum, pręter distinctio-
nem hierarchiarum est dare distinctionẽ Ordi
num & Personarũ siue Angelorum, quia quot
sunt angeli, tot sunt personę Angelorum: quili
bet.n. angelus est quędam persona angelica, si-
cut quilibet homo est quędam persona huma
na. Omnes autẽ hæ distinctiones Hierarchia-
rum, Ordinum, & Personarum Angelorum,
quandiu durat mundus, idest vsq; ad diem iudi
B cii, sunt ordinatæ ad pugnandum: ideo vocan
tur militiæ: quia sicut homines, dum viuunt, pu
gnant vel debent pugnare vt saluentur, iuxta
Iob.7.a. illud Iob, Militia est vita hominis super terram:
ita angeli, quandiu durat mundus, bellant & pu
gnant pro hominibus vt saluẽtur. Et ideo sicut
homines ordinant se in bello per diuersos prin
cipatus bellantium hñium aliquã conformita-
tẽ, & aliquã vnitatem in bellando (possunt.n. eẽ
in eodem principatu quantum ad bellum plu-
res acies, & in qualibet acie multi bellatores) ita
& Angeli ordinant se in salutem electorũ: prin
cipatus .n. erunt hierarchię, ordines erunt acies
Angelorum, ipsi bellatores Angeli. Tanta.n.
est diligentia circa electos & circa homines sal-
C uandos quòd oẽs Angelos Deus distinxit per
principatus bellantium, acies bellatorum, & per
ipsos bellantes. Fecit autẽ ex omnibus angelis
tres principatus ad bellandum, & ipsi sunt hie-
rarchię Angelorum: nam idẽ est hierarchia qđ
sacer principatus. In quolibet autẽ principatu
constituit tres acies bellantium, & isti sunt tres
ordines Angelorum, in quos distinguitr quęli-
bet hierarchia vel quilibet principatus. In quo-
libet autẽ ordine angelorũ sunt bellatores mul
ti, & ipsi sunt ipsi angeli bellantes. Verum quia
omnia ista sunt sub vno rege, ideo omnes expe
ctant iudicium regis, iudicantis, quomodo sit
bellandum. Et inde est ꝙ ipsi angeli aliquando
D inter se habent pugnã & non idẽ velit quod
alius, ꝑpter quod dr̃ vnus bellare cõtra alium,
Dan.10. & vnus insistere alii: ꝑpter quod dr̃, vt habetr in
Daniele, quòd princeps Gręcorũ qui erat qdã
angelus restitit principi Persarũ, qui erat alius
Angelus, viginti & vna diebus: & volebat libe
rare Iudęos, credens hoc esse faciendum ꝑpter
multos bonos Iudęos, orantes hoc, & petẽtes.
Princeps autẽ Persarum hoc non permittebat,
videns multa bona contingere Persis, quorum
erat constitutus princeps, ꝑpter Iudęos cõmo-
rantes inter illos. Vterq; erat bonus angelus, &
vterq; volebat bonũ populi sui, cuius erat prin
ceps. Durauit ergo ista resistentia, & ista pugna
donec acceptum fuit diuinũ responsum & diui
num iudicium, scd'm. quod fuerunt Iudęi libe-

A rati. Sic etiam in eodem Capitulo, vel in eodem
Cęnobio possunt esse varię voluntates, & vnus
potest resistere alteri, & quilibet tamen mouetr
bono spiritu. Aliquando ẽt non est nisi vnus
ventus in mari, & tamen si aliter & aliter ordi-
nantur vela vnius nauis & alterius, vno & eodẽ
vento ibunt naues in aliam & aliã partẽm. Sic
etiã ſm quòd aliter & aliter est ordinata conscie
tia huius & illius, vno & eodẽ spiritu bono pñt
sibi inuicem resistere, & declinare in aliã partẽ.
Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, ꝙ
omnia ista bella angelorum, (quæ sunt distin-
cta in tres hierarchias, idest in tres princincipa-
tus: & in quolibet principatu sunt tres ordines,
idest tres acies: & in qualibet acie sunt multi bel
B latores, idest multi angeli bellantes) sunt ordi
nata ſm diuinum mandatum. Propter ꝙ opor
tet ad huiusmodi bella exercenda aliquos esse
secretarios Regis immediatè scientes voluntatẽ
Regis, idest Dei, quomodo debeant ista bella
cõmitti. Propter quòd omnes angeli dicuntur Diony. de cael.
nuncii et illi de prima hierarchia, quia oẽs adnũ hier. c. 5.
tiant aliquid: nam illi de prima hierarchia an-
nuntiãt aliis secreta: ꝑpter ꝙ omnes dicuntr ad-
ministratores spiritus in ministerium missi. Nã
licet non omnes mittantur exterius vel hic infe
rius, omnes tñ dñr nuntii ad nuntiandũ aliqđ
mysterium & aliqđ secretum Dei pro salute ele
ctorum, iuxta illud ad Hebręos. 1. Omnes sunt
administratorii spiritus, in ministerium missi ꝑꝑ
C eos qui hæreditatem capient salutis, idest per ele
ctos omnes. Ergo angeli de prima hierarchia
sunt ad nunciandum secreta Dei, et oẽs a scien
tia secretorum Dei denominantur. Tota ergo
prima hierarchia, Cherubin, Seraphin, Troni,
et omnes tres ordines vel acies quę sunt ibi, de-
seruiunt regimini vniuersi, et bellant pro bono
electorum in quantũ reuelant secreta Dei aliis,
docentes eos, et illuminantes ipsos quomodo
debeant vniuersum regere, et quomõ debeant
iuuare electos ad bellãdum, et assistere eis in pu
gna ad vincendum mundum, carnem, et diabo
lum. Sic ẽt in secunda hierarchia sunt tres, Do-
minationes, Virtutes, et Potestates, qui oẽs de-
D seruiũt regno Vniuersi, et iuuãt electos ad bel
landum et habeodum victoriam de aduersariis
suis, quilibet ſm suum gradum, vel secundum
opus sibi cõmissum. Nam ordo Dominationis
dictus est ab officio, vel ab opere, quod est im
perare vel dominari. Nam ipsi post primã hie-
rarchiam primo scientes a superioribus secre-
ta et iudicia Dei quomodo Deus vult vniuersũ
regi, et quomodo vult electos iuuari ab ange
lis, ne succumbant in sua militia et in sua pugna
imperant aliis vt sic faciant vt vult Deus. Virtu-
tes autẽ habent officium ad remouẽdum impe
dimenta, ne impediantur quæ Dominationes
imperant. Potestates autẽ habẽt officium exer
cendi quę Dominationes imperant; Sic etiam
et alii tres ordines tertiæ hierarchiæ; quilibet
habet

habet officium suũ & suum opus vt potest pate
re ex præcedenti capitulo. Omnes ergo hierar
chiæ & oẽs angeli, & omnes ordines pugnant
pro electis, & iuuant eos ad habẽdum victoriã
de aduersariis suis. Distinctio ergo hierarchia-
rum vel principatuum potest sumi ex modo il-
luminationũ, quia vna & eadem hierarchia ha
bet aliquo modo vnum & eundẽ modũ illumi
nandi: vel potest sumi a modo bellandi, quia
quęlibet vna & eadẽ hierarchia pugnat p ele-
ctis vno & eodem modo, vt hierarchia prima
facit hoc reuelando secreta Dei q̃d vult Deus
vniuersum regi, & quẽ vult Deus electos iuua-
ri in sua militia & in sua pugna. Secunda hierar
chia hoc facit intromittendo se de toto vniuer
so, vel imperando quæ fienda sunt, vt electi ha
beant victoriam, quod faciunt Dominationes:
vel remouendo impedimenta ne impediantur
imperata a Dominationibus, quod faciunt Vir
tutes: vel exequendo quæ sunt imperata, quod
faciũt Potestates. Tertia autẽ hierarchia habet
eundẽ modum bellandi, quia totaliter intromit
tit se de partibus vniuersi, & maxime circa hu-
manũ genus: partes autẽ vniuersi quæ sunt hu
manum genus, vel sunt diuersi populi, & cir-
ca hoc se intromittunt Principatus: vel sunt sin
gulares personæ, & circa hoc se intromittunt
Archangeli exercendo maiora, & Angeli exer
cendo minora, quæ omnia sunt ordinata ad re
gimen Vniuersi, & ad iuuandum electos in sua
militia & pugna. Ostenso ex isto capitulo & ex
præcedenti, quomodo accipiendæ sunt hierar
chię, ordines, & angeli, volumus ostdere quo
modo post iudiciũ ipsa remanebunt, vt ex hoc
habeamus viam ad declarandũ exemptionẽ nõ
esse faciendã, sed tollendam. Non poterunt au
tẽ remanere hierarchię & ordines vt sunt quę-
dam acies, & quidã principatus ad militandũ &
pugnandũ pro victoria electorũ. Remanebũt
autẽ quinq; modis: primo quantum ad maiorẽ
vel minorem plenitudinẽ gloriæ: secundo q̃tũ
ad maiorem vł minorẽ perfectionẽ naturę: ter
tio quantũ ad maiorẽ vel minorem nobilitatem
essendi: quarto quantũ ad maiorẽ vel minorẽ
perspicacitatẽ intelligendi: quintõ quantum ad
maiorem vel minorẽ lætitiam triumphandi. VI
terius. n. post iudicium non erit pugna, sed erit
triũphus post pugnã & de pugna, quia ad hoc
fiunt acies, fiunt principatus propter electos &
pp̃ter pugnã electorũ: ideo dicuntur euacuari
principatus & potestates, quia non exercebunt
vlterius talia officia ad pugnandũ: & ideo vsq;
in finem mundi dicunt Angeli angelis præesse,
homines hominibus, & Dæmones Dæmoni-
bus, quia vsq; ad illud tẽpus ad huiusmodi prę-
esse & principari ordinãt se angeli & homines,
vt fiant victores electi, sed Dęmones se ordinãt
vt succumbant homines in pugnã euacuabun
tur ergo omnia ista quantũ ad pugnã post iudi
cium, sed remanebunt in bonis quantũ ad triũ-

A phum. Erunt ergo distinctiones hierarchiarũ,
ordinum, & angelorũ omnibus pręfatis quinq;
modis. Primo quantũ ad maiorem vel minorẽ
plenitudinem glorię, erunt. n. oẽs pleni gloria,
sicut essent qnædã vasa alia maiora, alia mino-
ra, omnia plena aqua, quo posito, licet q̃libet
vas esset contẽtum, quia quodlibet esset plenũ:
nihilominus tñ maius vas haberet maiorẽ ple-
nitudinẽ aquæ q̃ minus, & plus hęret de aqua.
Sic ipsę hierarchiæ, & ipsi ordines, & angeli sũt
quędã vasa maiora et minora: nã prima hierar
chia habet maiora vasa q̃ secunda, & secunda q̃
tertia: & primus Ordo primę hierarchię habet
maiora vasa q̃ secundus, & secundus q̃ tertius, &
sic de aliis ordinibus: et in eodẽ ordine vnus an
B gelus est maius vas q̃ alius. Omnes ergo angeli
erunt contenti, quia oẽs erunt pleni gloria: sed
vna hierarchia vt superior habebit maiorẽ ple
nitudinẽ gloriæ & plus de gloria, q̃ inferior:
sic in vno & eodẽ ordine duo angeli non erũt
æquales, quia cum oẽs differãt specie et forma,
oportet quod vnus habeat meliora naturalia
q̃ alius, & ſm meliora naturalia vnus mouebit
in gloriã maiorem q̃ alius. Remanebunt ergo
distinctiones hierarchiarum, ordinum, & ange
lorum secundum maiorẽ & minorem plenitu-
dinẽ glorię: quia sicut modo ante iudicium nõ
est dare duas hierarchias, nec duos ordines, nec
duos angelos ęqualis glorię: sic hęc omnia re-
manebunt post iudicium quantum ad omnia
C pręfata, videlicet primo quantum ad maiorẽ &
minorem plenitudinẽ gloriæ, secundo quantũ
ad maiorem et minorẽ perfectionem naturæ,
tertiõ quantũ ad maiorẽ vel minorem nobilita
tem essendi, quartõ quantum ad perspicacitatẽ
intelligẽdi, quintõ quantum ad lętitiã de trium
pho: vlterius. n. non erunt bellantes, sed trium-
phantes: nunc autẽ ecclesia nõ est triumphans,
sed militans: sed cęlestes hierarchiæ sunt vbiq;
triumphantes in se, bellantes pro nobis. Sed qñ
Christus tradet regnum. i. oẽs electos Deo pa
tri, tunc non erunt pugnãtes, nec remanebunt
ista quantum ad officium bellandi, sed quãtum
ad lętitiã triumphandi, & hoc ſm magis & mi-
D nus: quia sicut superiores hierarchiæ, vel supe-
riores ordines, vel superiores angeli plus habẽt
nunc de gloria & de aliis & de regimine vniuer
si vel bello, quia plus faciunt ad regimen vniuer
si et ad bellum superiores angeli q̃ inferiores:
ita post iudicium plus hẽbunt de lętitia trium-
phandi. Concludamus ergo ex his omnibus, et
dicamus quod cum in cęlestibus hierarchiis &
ordinibus sit tantus ordo q̃ nullus est ibi exem
ptus, sed quilibet in suo ordine & in suo gradu
bellat, & facit ad regimen vniuersi vsq; ad diẽ iu
dicii: & post diem iudicii ad hoc nulla erit exem
ptio, sed quilibet in suo ordine & in suo gradu
habebit plenitudinem gloriæ q̃tum ad Deum,
& plenitudinẽ lętitię quãtum ad victoriã mun-
di ex eo quod meruerunt electos adiuuãdum

mūdum: patet ꝙ ex ordinibus angelorum ante A
iudicium & poſt iudicium, poteſt ſumi validum
argumētum, quòd exemptio non eſt facienda,
ſed cauēda, niſi fiat pro magna & euidēti cauſa.

Cap. XX. Quòd ſi comparemus hierarchiam et ordines eccleſiaſticos ad cœleſtes, quātum ad aliquid inueniemus rationem et cauſam, magis euitandam eſſe exemptionem in perſonis eccleſiaſticis q̃ cœleſtibus.



DIcebatur in præcedēti-
bus ꝙ vniuerſi Angeli
ſunt ordinati ſm̄ princi- B
patus & ordines, & ſm̄
ſingulares perſonas ad
bellandum pro electis:
ad quod probandū ra-
tionē poſſumus addu-
cere naturalem. Natu-
rale.n. debet eſſe deſideriū cuiuſcūq; ad pugnā-
dum pro patria, & defendendum conciues &
cōpatriotas ſuos: & quia homines erunt conci-
ues & cōpatriotę angelorum, & facient vnā pa-
triam & vnam ciuitatem cū eis, ideo debet eſſe
naturale deſiderium angelorum ad pugnandū
pro electis, tanq̃ pro conciuibus et cōpatriotis
ſuis. Tamē ſi volumus conſiderare ea quæ ſunt C
in eccleſia, & ea quæ ſunt in cęleſtibus, appare-
bit quantum ad aliquid ꝙ magis repugnat exē-
ptio in perſonis quæ ſunt in eccleſia, q̃ in illis
quæ ſunt in cęleſtibus. Sed animaduertendū ꝙ
quilibet Angelus ſm̄ ſuum principatum quātū
ad hierarchiam in qua habet eſſe, & ſm̄ ordinē
prout eſt ordinatus in ſuo principatu & in ſua
hierarchia & in ſuo ordine, tenet alium & aliū
gradum: quia in vno & eodē ordine quot ſunt
angeli, tot ſunt gradus angelorum, quia nec in
diuerſis ordinibus nec in vno ordine eſt dare
duos angelos æquè glorioſos vel ęquè perfe-
ctos in gratia vel in gloria, nec ęquè perfectos
in natura, nec ęquè nobiles in eſſendo, nec ęquè
perſpicaces in intelligendo, nec vſq; in diem Iu-
dicii ęquè facientes ad regimen Vniuerſi vel ę- D
què militātes pro victoria electorum: nec poſt
diem iudicii habebunt ęqualem lętitiam; quia
ſicut nō ęquè militauerunt in bellando, ſed ſi-
cut vnus ante iudicium habuit meliora natura-
lia, & ſm̄ ꝙ plus habuit de gloria & de gr̄a plus
bellauit, prout hic de bello loquimur: ſic poſt
diem iudicii plus habebit de triumpho & de læ-
titia triumphādi. Nulli ergo inter angelos ſunt
exempti, quia nulli ſunt in eodem ſitu dignita-
tū, vel in eodem gradu, ſed in cęleſtibus omnia
ſunt librata et ponderata et ſm̄ ordinē iuſtitiæ
collocata. Poſſet.n. Deus omnia iſta per ſe ipſm̄
facere, ſed vult dignitatem ſuā cōmunicare an-
gelis ſuis, et vult per eos gubernare mundum,

A & regere vniuerſum. Et quia vult dignitatē ſuā
cōmunicare angelis ſuis et regere mūdum per
eos, conſequens eſt ꝙ magis digno magis com-
municet de huiuſmodi dignitate, et ex hoc, con-
ſequens eſt, ꝙ magis dignus magis faciat ad re-
gimen vniuerſi. Non eſt ergo quin Deus ęquè
bene et ęquè perfectè poſſet gubernare mun-
dum ſine angelis, ſicut mediantibus angelis: ſed
ꝙ gubernat ipſum per angelos, hoc eſt, quia ſuā
dignitatem vult cōmunicare angelis, et magis di-
gno vult plus ucmmunicare de huiuſmodi di-
gnitate: et ſi id quod ait apoſtolus ad Roma-
nos 13. Quæ autem a Deo ſunt, ordinata ſunt)
referatur ad cęleſtes mentes, tanta eſt ibi ordi-
natio vt nullus eximatur ab alio, ſed quilibet ſe-
B cundum ſuum gradum et ſecundum ſuum or-
dinem facit ad regimen vniuerſi, et vt electi vi-
ctoriam habeant. Si ergo comparamus Deum
regentem mundum per angelos ſuos ad ſum-
mum Pontificem ſuum Vicarium regentē Ec-
cleſiam per perſonas eccleſiaſticas, dicemus ꝙ
Vicarius debet inquātum poteſt imitari eum cu-
ius eſt Vicarius. Si ergo Deus regit mundum p
angelos vt nullus ſupertollat ſuper ſuum gra-
dum et ordinem, vt nullus eximatur a ſuo gra-
du et ordine: et ſicut Deus magis digno in regi-
mine vniuerſi ſemper plus communicat de hu-
iuſmodi regimine; ſic ſummus pontifex, debet
ſuam eccleſiam gubernare, vt perſonis exiſtenti-
C bus in gradibus magis dignis plus cōmunicet
de huiuſmodi gubernatione, ſecundum ꝙ ma-
gis et minus ſunt aſſumptæ in partem ſollicitu-
dinū. Et quia contrarium huius facit exemptio,
omnino concluditur ꝙ non eſt facienda, ſed ca-
uenda. Verum quia in titulo capituli dicitur ꝙ
quantum ad aliquid inueuimus rationē et cau-
ſam, magis vitandam eſſe exemptionem in per-
ſonis eccleſiaſticis quàm in ſupcęleſtibus, ideo
hoc volumus declarare. Aduertendum au-
tem, quòd, ſicut dictum eſt, Deus poſſet ſine
Angelis medus gubernare mundum, et ęquè
benè et perfecte: ſed non facit hoc propter in-
digentiam ſuam, ſed propter abundantiam be-
nignitatis ſuæ. Sed non eſt ita in ſummo Ponti-
fice, quòd poſſet totum facere per ſeipſum: im-
mo ſi vellet hoc facere, diceretur ei, ſicut dixit
D Iethro Moyſi, Stulto labore conſumeris: et Exo. 18. c
vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non
poteris ſuſtinere. Immo ſine omni exemptione
ſatis habet facere Prælatus corrigere forefacta
omnium horum, qui ſunt in Dioeceſi, vt non
vituperetur miniſteriū Clericorum. Et ſi prę-
latus non poteſt facere: quomodo ſūmus Pon-
tifex abſens hoc faciet, ſi tamen vult hoc facere:
quia poteſt et vult aliquos eximere,
non fiet ęquè bene, nec ita cor-
rigentur exempti, nō ha-
bentes epiſcopum
paſtorē ſuper
eos vigilantem, ſicut non exempti.

Cap.

Cap. XXI. In quo agitur quanta mala fecerit exemptio in Templarys, quantum ad fidem.

Tẽplarij An. Xpi. 1118. sub Gelasio II. originẽ habue runt: qui post annos fere 200. à Clemẽte V. et Philippo IIIJ. Francorum rege, delet i fuerunt.



Osṭq per ea', quæ sunt iuris & rationis, detestati sumus exemptionem, & ostendimus eam nõ debere fieri, sed factam tolli nisi pro magna & euidẽti causa: volumus descendere specialiter ad ea, quæ videmus, palpamus, & tractamus: & primo ad Templarios. Quanta mala fecit exemptio in Templariis q̃tum ad ea quæ sunt fidei. Nam. vt habemus in articulis fidei contentis sub bulla sũmi Pontificis, Templarii in profundum erroris fidei proruperunt: vt ponerent os suum in cęlum, Negantes Christum esse verum Deũ: inducentes aliquos de nouo receptos adhoc negandum, & conspuendũ in Cruce: ad negandum Christum esse verum prophetam; & ad negandũ merita passionis eius, asserentes ipsum non fuisse passum pro redemptione nostra, sed pro suis sceleribus quæ commisit. Facti autem sunt ex huius incredulitate idolatræ & adoratores idolorum, credentes per idola, quæ habebant, terram germinare & fructificare, & per ea suas diuitias possidere. Et non solum idola adorabant, sed etiam Diabolo sub specie Catti reuerentiã exhibebant. Quod non solum de rebus hic inferioribus, quæ sunt puræ creaturæ dicere habere aliquid ab eis, & eis reuerentiam exhibere est contra rationem, sed et hoc credere de ipsis corporibus superceęlestibus vt de Sole & Luna, apud scripturam sacram & veritatem fama iniquitas reputatur. Propter quod dr̃ Iob. 31. Si vidi Solem cũ fulgeret, & Lunam incẽdentẽ clare: & lætatum est in abscõdito cor meũ, & osculatus sum manũ meam ore meo, quæ est iniqtas max, ima & negatio contra Deum altissimũ. Dicemus. n. quod solus Deus dicit verè abscondi tus, sicut solus verè dr̃ immortalis & inuisibilis, iuxta illud ad Timoth. 1. Regi seculorũ immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria. Quando ergo quis videt Solem fulgentem, & Lunã incendentem clare: & lętatur cor eius quasi in abscondito, credens ibi esse aliquid diuinitatis, cũ solus Deus sit verè inuisibilis & absconditus, iuxta illud, Verè tu es Deus absconditus) & volens Soli & Lunæ facere reuerentiã quasi Deo, & in signũ reuerentiæ osculatur manum suam, ista est iniquitas maxima, & negatio cõtra Deũ altissimum. Sunt ergo Templarii in tantũ facinus elapsi ppter exemptionẽ. Si. n. non fuissent exempti, & fuissent sub correctione Pręlati sui, & fuisset reuelatus Prælato suo modus professionis eorũ, quem nunq̃ aliquis hominum scire potuit nisi esset de Ordine, qui modus nunc p

Iob. 31. e

Timo. 1. d

Isa. 45. e

A Christianissimi Regis Francorum astutiam est deiectus, in tantã labẽ incredulitatis Templarii minimè corruissent. Cõsideret ergo sũmus Põtifex quot bonos Christianos amisit, qui bonæ fidei possessores intrantes ordinẽ Templariorum exemptũ, facti sunt infideles, non credẽtes sacramenta ecclesiæ, & specialiter Eucharistiæ sacramentũ, quod est continentia sanctius, intelligentia pulchrius, deuotione suauis. Est. n. Eucharistiæ sacramentũ cõtinentia sanctius, quia in eo continetur totus Christus, qui est Deus et homo, de quo dr̃ Danielis 9. quod est sanctus sanctorum. Est etiam hoc sacramentum intelligentia pulchrius, quia post illam admirabilẽ altitudinem Trinitatis, & post illam benignissimam missionem filii in carnem, siue vnionem Verbi ad carnẽ, quę fuit tanta vnio, quæ fecit Deũ hominem, & Hominem deum, hoc sacramentum inter cętera sacramenta, & inter cętera alia, sublimitate intelligentiæ nullũ pulchrius elucescit. Est nihilominus & tertiò deuotiõe suauius: nam tota suauitas nostra est vt incorporemur Christo, & fiamus membra eius, vt ipse sit caput nostrum, nosq; membra ipsius: quod facit hoc sacramẽtũ. Et hic sanctus cibus differt ab aliis cibis: quia alii cibi sunt naturę, iste cibus specialiter dictus est cibus deuotiõis. Rursus alii cibi conuertuntur in cibatum, sed in hoc cibo est econuerso, quia cibatus conuertitur in cibum: non. n. per hunc cibum Christus conuertitur in nos, sed nos conuertimur in ipsum, et fimus membra eius, et quod dictum est, tota deuotio nostra est vt incorporemur Christo, et fiamus eius mẽbra, vt ipse sit caput nostrum, nosq; mẽbra ipsius, quod facit hoc sacr̃m, et hic sanctus cibus. Tertio differt hic cibus ab omnibus aliis cibis et ab omnibus conuersionibus, q̃a specialiter vocatur transubstantiatio Nã in aliis conuersionibus, vt cum vnũ corpus conuertitur in aliud, manet substantia materiæ: vt si ex aqua fiat aer manente substantia materię aquæ, intro ducuntur in illã materiã forma aeris et alia quę sunt aeris, quia nihil remanet de aqua corrupta vt est corrupta: omnia. n. post generationẽ aeris generari ex aqua corrupta sunt in materia, vt sunt aeris generati, et nihil est ibi, vt est aquæ corruptæ. In conuersione ergo naturali, remanente substantia, fit conuersio aliorũ. sed in hac cõuersione gloriosa, remanẽtibus accidẽtibus, fit cõuersio substãtię, q̃a remanentibus accidentibus panis sola substantia panis conuertitur & substantiatur in substantiam corporis Christi. Ex cuius sumptione nos conuertimur in corpus Christi, & fimus membra Christi: sic enim ait Augustinus, ac si sũprus Christus corporaliter ab eo, loqueretur sibi. Non, tu me mutabis in te. Et quia per sumptionem huius sacramenti nos mutamus in Christum, in quo est tota deuotio nostra, benedictum est quod hoc sacramentum est continentia sanctius, intelligẽtia

Dan. 9. f

pulchrius, deuotione suauius. Et quia Ordo Templariorum propter suam exeptionem fugiens eorreptionem Ordinarii, & visitationem eius, lapsus est in tam horrendas hæreses, specialiter contra Christum, & contra sacramētū Eucharistiæ, ex hoc debet induci summus Pontifex videns tantum malum ex exēptione, quòd exemptionem non faciat, sed factam tollat, nisi pro magna & euidenti vtilitate ecclesiæ exemptionem concedat: & in exemptione facienda summus Pontifex non laxatis fimbriis, sed restrictis, decens est vt procedat.

Cap. XXII. *In quo agitur quanta mala fecerit exemptio in Templariys quantum ad ea quæ sunt moris.*



Ernimus quidem fuisse propositum coram D. N. S. Patre summo Pōtifice, Christianissimo Francorū Regi, & Venerabili collegio Reuerendorū patrum Cardinaliū, ac aliis innumerabilibus astātibus: Christianissimum principem Francorū Regem figuratum esse per Angelū, de quo dr̄ Apocaly. 9. Data est ei clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei. Verè Ordo Templariorum erat puteus abyssi, continens fumum obscurum & magnum. Qui puteus dum esset apertus, & reuelatæ essent nefandæ nequitiæ Templariorū, de fumo dictarū nequitiarū est obscuratus Sol fidei, & aer bonorum operum. Et tanta nequitia Templariorum est palam proposita, ꝙ D. N. Summus Pontifex, vt verbo dixit, & sub bulla scripsit, nec poterat eam credere, nec mente cōsentire, nisi eam propriis manibus palpasset, & propriis auribus audiuisset, & hoc sciuisset a magna multitudine Templariorum eā asserentiū. Et quia in præcedenti capitulo diximus de nequitiis Templariorū quantū ad ea quæ sunt fidei, volumus in hoc cap. tractare de nequitiis eorū quātū ad ea quæ sunt moris. Nam in huiusmodi oēs nequitias inciderunt propter exemptionē: quia si Prælati potuissent eos visitare, & eorum opera perquirere, in tam enormia scelera minime incidissent. Assumemus ergo illam auctoritatem, quæ habet 1. Ioan. 2. Quoniā omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & superbia vitę. Dicuntur autē reduci ad hæc tria omnia quæ sunt in mundo, & omnia peccata quæ dicūtur opera mundi. Nam nemo respiciens ad malum agit quod agit, vt vult Diony. in de diuinis no. Omne ergo agens intēdit aliquod bonum, sed

A non refert, ẜm philosophum tertio de Anima, verum bonū existens sit, vel apparens. Nā non semper agens agit in bonum existens, sed aliqñ in bonum apparens. Cū ergo in rebus nō reperiatur nisi triplex bonū, Delectabile, Vtile, & Honestū, oportet secundū ista tria genera bonorū accipi omnia opera bona, & omnia mala. Nam ẜm ista tria genera bonorum nos habemus oīa bona, & omnia opera virtutū, si ẜm Deum, & ẜm rōnem consurgunt: si vero non ẜm Deum & rōnē consurgunt, omnia mala, & omnia opera vitiorum. Beatus ergo Ioānes in auctoritate præfata describit ista tria genera bonorum quātū ad homines mundanos, & quantū ad homines malos, qui non ẜm Deum, & ẜm rōnem se hñt

B ad ea, dicens, qm̄ omne quod est in mundo vel est cōcupiscentia carnis quantū ad bonum delectabile, circa quod gulosa & venerea sunt: vel est concupiscentia oculorum, idest bonum vtile, cuiusmodi sunt aurum & argentū, & numismata, & quęcunq; pōt numismate mensurari, cuiusmodi sunt ædificia, agri, & omnia genera diuitiarum: vel est superbia vitæ quantū ad bonū honestum, cuiusmodi est pręesse, præferri & dominari. In omnibus autē his tribus se habebant Tēplarii omnino scelerateē, quod (rationabiliter intuentibus) ob exemptionē cōtingebat eis. Habebant se omnino sceleritate quantū ad bonum delectabile, & potissime quantum ad venerea, quia bestialitatē nō reputabant peccatū, sed

C credebant, eis esse rem licitam. Nā philosophus in 7. Ethic. distinguit tria genera malorū, & tria genera bonorū. Sunt. n. aliqui mali quia sunt incontinētes, & aliqui peiores quia sunt intemperati, & aliqui pessimi quia sunt bestiales. Dīr autem illi incontinentes, qui nō de facili et non omnino voluntariè inclinantur ad malum, immo bellant contra passiones et tentationes: sed victi tentationibus & passionibus, & succumbētes in huiusmodi bello nō continent se, sed declinant ad malū, ideo tales dicunt̄ incontinētes. Post ergo dicuntur esse mali, quia licet sit difficile continere, tñ si bene voluissent bellare, et fecissent totum quod in se est, Deus iuuisset eos, & malitia nō superasset eos. Incontinentes ergo sunt mali, sed intemperati sunt peiores. Nam illi

D dicūtur intēperati, qui sunt habituati in malū, & quibus delectabile est malefacere: de quibus potest exponi illud verbū, Qui lętantur, cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Isti non bellant contra passiones, & contra tentationes, immo eligunt ire ẜm illas, & multotiēs displicet eis quòd non tentantur, & ꝙ non hñt insurrectiones carnis. Sunt ergo mali incontinētes, intemperati peiores, sed bestiales sunt pessimi, vt vult Philosophus in eodē septimo. Quia illi sunt incontinentes & intemperati qui sunt mali modo humano, & ẜm modum hominū: sed illi sunt bestiales, qui sunt mali vltra modum hominum. Inter quas bestialitates computant vitium

tium Templariorum, quod nõ reputabant Tẽplarii esse peccatum. Dicit etiam in eodem septi-
7.Ethic.ca.5. mo, Aliquos esse bestiales, narrans de quibusdã hominibus existentibus in quibusdam insulis, ꝙ rescindebant prægnantes, & comedebant pueros earum: narrat de quibusdam aliis existẽtibus circa Pontum, ꝙ comedebant carnes hominũ: narrat de quibusdam aliis qui sacrificabant matres proprias, & sacrificabant sacrificium, & comedebãt: narrat etiam de aliis, ꝙ prçstabant sibi filios in conuiuio: nam si aliquis eorum volebat facere cõuiuium, mutuo accipiebat filiũ ab alio. Inter has autem bestialitates cõnumerat cõmistiones carnales masculorũ: hoc autem viriũ est ꝙ aliquis delectetur in eo quod natura abhorret. Apostolus autem has bestialitates appellat
B ignominias, idest innominabiles, quia non sunt digne nominari, ꝑpter quod vocat eas passiones ignominiæ, vt patet ad Rom. 1. Templarii ergo quantũ ad bonum delectabile & quantũ ad venerea non solũ erant mali & peiores, sed etiam pessimi quia bestiales: & quod peius est, non solũ erãt bestiales, sed reputabant bestialitatẽ esse licitã. Nã ille est oĩno pessimus, q nõ solũ peccat, sed credit esse licitũ peccatũ, quia cũ aliqs male agit, & credit se male agere, remanet in eo quædam scintilla boni, vt possit ex hoc pœnitere & conuerti: sed qui male agit, & non credit se male agere, in eo non est aliqua scintilla boni, et quandiu est talis, non põt conuerti, nec esse pœnitens. Erant ergo Templarii quantũ ad bonũ
C delectabile irrationales & pessimi. Sic etiã quãtum ad bonũ vtile, quod est cõcupiscentia oculorum, erant irrationales & pessimi: credebant enim per fas & nefas bona eorum vtilia crescere & augmentare: quod si negare velint facto docebant contrariũ, quia oẽs eorũ vicini asserebant & asserunt sic esse. Tertiò quãtũ ad bonũ honorabile, quod est superbia vitæ, erant irrationales & pessimi, quia nolebant omnibus superferri. Vñ, vt ipsimet modò confitentur, sic erant inuidi, quòd non superferrebantur aliis. Sic dolebant de honore aliorum, ꝙ ꝑpter eorũ inuidiam creditur ciuitatem Aconensem fuisse perditam. Nam publicè fertur, vexilla Saracenorũ in domo eorũ primitus fuisse visa. Et si dicat aliquis eorum Scremiæ bellasse. Dicemus, ꝙ facit aliqua bona quispiam, quæ cum facit, non dicitur facere bene, quia semper ea cum intentione fallendi facit, vt Aug. ait in lib de Trinit. Sic & Templarii faciebant bona, non tñ bene: q̃a nõ faciebant ea intentione merendi apud D. N. Iesum Christum, sed apparendi apud homines. Credibile est enim ciuitatem Aconẽsem p eos fuisse perditam, cum publice diceretur eos esse amicos Saracenorũ. Nam multotiens Saraceni, vt a fide dignis audiuimus, rogati ab eis, deferebant aliquid Christianis. Dicebant etiam Saraceni, vt audiuimus, ꝙ Tẽplarii erant de lege coopertа. Loquebantur enim de Templariis mo-
A do, quo loquebantur de Saracenis suis. Nam cũ Saraceni habeant apud se homines illustres & subtiles, quia apud eos viguit & viget magis sciẽtia, vt patet ex libris, quos hẽmus trãslatos ex ipsis, iõ Tẽplarii volentes eorũ imitari legem, libros Saracenorum acceperant, & in propriũ idioma transtulerant. Consideret ergo D. N. Summus Pontifex, quanta mala fecerit exẽptio in Templariis, ꝑpter qđ nõ debet esse facilis ad exemptionẽ facere, sed potius factam tollere.

Cap. XXIII. *In quo agitur, quanta mala fecerit exemptio in Canonicis secularibus.*



Ostq̃ determinauimus, & ostendimus D. Summum Pontificem non debere exemptionẽ facere, sed factam tollere p ea quę videmus accidisse ĩ Tẽplariis. hoc idem volumus ostendere in Canonicis per ea quæ videmus in canonicis secularibus dicentibus se esse exemptos. Possunt aũt huiusmodi Canonici operari ad tria: primò ad Prælatos, a quibus se dicunt esse exẽptos: secundò ad suos conciues & socios: tertiò ad personas coniunctas illis. In quibus omnibus forefaciunt. Quòd si non gauderent exemptione, punirẽt a suis
C Prælatis, & cauerent sibi manifestè delinquere. Primo si comparemus Canonicos, dicẽtes esse exemptos, ad Prçlatos, erigẽtes ceruicem ꝑpter exemptionem, volunt se æquiparare eis, & dedignãtur suos Prçlatos, superiores vocare, sed vocant eos suos pares: cui verbo etiam iura cõtradicunt. Nec est mirum si simplices Canonici hoc dicũt, quia aliquos famosos in iure peritos audiuimus sic loquentes. Et non solum vocant se pares Prælatis, sed aliqui ex eis reputant se superiores Prælatis, asserentes se posse excõmunicare ipsos. Aliqui. n. in tantam vesaniam sunt elapsi, vt dicant se habere iurisdictionem in domibus Prçlatorum, dum existunt in domibus. Et dum existunt, qđ peius est, armati insurgunt
D contra Prçlatos: & non verentur iniuriari Prælatis. Quæ omnia mala ex exemptione vim sumere nullus debet dubitare. Familiares etiã Canonicorum ꝑpter exemptionem forefaciunt in familiares Prælatorũ & in ipsos Prælatos, atq; huiusmodi defensionibus manutenẽt & defendunt eos: & ex hoc ipsi Canonici verè forefactores esse dicũtur. Sed dices ꝙ Capitulum rõnabiliter & de iure debet esse supra Prælatũ: nã cum Capitulum eligat & faciat Prælatũ, & semper agens sit præstantius patiente, & causa sit semper excellentior suo effectu, ideo vr̃ Capitulum habere quandam excellentiam sup Prçlatum. Ad hoc dici potest ꝙ videẽ Capitulum comparari ad Prælatum, sicut calor comparaẽ

ad ignem vel ad formam substantialem ignis.
Nam agens calefaciendo generat ignem: prius
tamē introducitur calor in materia, q̄ ibi intro-
ducatur forma ignis, vel sequatur. Dicemus etiā
ꝙ calor imperfectus præcedit, sed perfectus se-
quitur, vt potest patere ex Cōmentatore, & cō
muniter ex aliis philosophis loquentibus de
hoc. Agens ergo generans ignem primo intro
ducit calorem in materia, q̄ ibi introducat for-
mā ignis. Materia ergo de qua debet fieri ignis
semper calefit & augmentatᷓ in calore: nō tamē
pōt esse perfecta in calore nisi p introductionē
formę ignis. Cum ergo calor sit accidens, & sem
per accidens sumat orginem a substantia, iuxta
illud quod habetur 1. Phys. Materia subiecta
cū forma est causa omnium accidentium quæ
fiunt in ea. Non ergo potest intelligi ꝙ in mate
ria sit perfectus calor nisi in ea sit prius forma
substantialis ignis, a qua oritur huiusmodi perfe
ctus calor. Sic & in ppositio, capitulū sine Prę-
lato & sine capite intelligitur esse imperfectum,
quia imperfectum est corpus sine capite, & im-
fectum facit ad generationē Prælati, sicut calor
imperfectus facit ad gn̄ationē ignis: & sicut ca-
lor perfectus sequitur generationem ignis, sic
Capitulum perfectum sequitur perfectam gene
rationem Prælati. Et vt ista melius pateſiant, di-
cemus quòd calor nō generat ignem, nisi vt or
ganum formę substantialis ignis, sicut cera nō
inducit formam artis nisi in virtute artis, & vt est
forma artis. Sicut ergo cera est quid imperfectū
respectu formæ artis, & non introducit formā
artis nisi in virtute perfecti, idest virtute artis: &
sicut calor est quid imperfectum respectu for-
mę substantialis ignis, & nō facit ad generatio-
nem ignis nisi vt organum eius, ppter ꝙ si ca-
lor imperfectus pręcedat formam substantialē
ignis, perfectus tn̄ sequitur: sic capitulū est imp-
fectum sine opere prælati, & generat prælatū
perfectum, sed hoc agit in virtute Prælati supe
rioris, ad quem spectat confirmatio Electi. Per
capitulum electus Prelatus sed non confirma-
tus, est adhuc imperfectus, & præceditur a capi
tulo imperfecto: quia quandiu capitulū non ha
bet Prælatum confirmatū, non habet pprie ca
put, & est imperfectum. Sed postq̄ Prælatus est
cōfirmatus de esse eorū caput, tunc dicitur esse
capitulum perfectum, hn̄s suum caput cōfirma
tum & perfectum. Et quia Prælatus prius intel
ligitur esse confirmatus & perfectus q̄ sit Præla
tus Capituli. & q̄ capitulum habeat suū caput
& sit perfectum, bene dictū est ꝙ sic capitulum
imperfectum præcedit Prælatū imperfectum,
Pręlatus tn̄ perfectus pręcedit capitulum perfe
ctum, sicut calor imperfectus præcedit ignē im
perfectum. Et quantū ad hoc videtᷓ se habere ca
pitulum vt accidens, Prælatus verò vt substan
tia. Et sicut accidens non pōt agere nisi in virtu
te substantiæ, sic videtᷓ contra naturam ꝙ Capi
tulum agat nisi in virtute Pręlati electi & nō cō

A firmati, vel electi confirmati & perfecti, vel Præ
lati superioris, cuius est confirmare & perficere
prælatum electum. Semper. n. ista artificialia, vt
circa principium huius libri diximus, quantum
possibile est, sunt in naturalia reducenda, cū na-
turale sit (vt iam diximus) ꝙ ars imitetur naturā.
Capitulum ergo dicēs se esse exemptum, & ha
bere virtutem agendi a Prælato, dicit se esse im
perfectum, cum imperfectū non agat nisi in vir
tute perfecti: negando ergo se agere in virtute
Prælati, fatentur se agere in virtute Prælati.
Qui modus arguendi, ꝙ negando aliquid con
cedamus, in notissimis habet locum: sicut dici-
mus de loquela, ꝙ qui negat loquelā concedit
loquelam, cum non possit negare loquelam
B nisi loquendo per loquelā. Cum ergo notissi-
mum sit ꝙ capitulū debet agere in virtute Præ
lati, decet summū Pontificem non solum caplm
non exemptū facere, & ipsum subtrahere a suo
Prælato, a quo debet habere perfectionē & vir
tutem agendi. sed factā exēptionē a caplo tolle
re nisi hoc faciat pro magna & euidenti cā. i. p
studio per quod fiunt homines scientes. & fides
saluberrima defenditᷓ ac roboratur. Sed si hoc
volumus adaptare ad Capitula: dicemus ea nō
studere (vt sensibiliter cernimus) ad fidei defen
sionem, sed magis ad rixas & litigia ac Prælato
rum inculcationem. Viso, quomodo tollenda
est exemptio capitulorum prout comparantur
ad suos pręlatos, volumus hoc idem ostendere
C prout Canonici constituentes capitula compa
rantur ad suos consocios tam clericos q̄ laicos.
Videmus. n. eos, qui sunt exempti a prælatis, ꝙ
non timent iniuriari aliis tam clericis q̄ laicis.
Incedunt. n. armati, commouent, vadunt vaga-
būdi de nocte, inuadunt personas alias siue cle-
ricos siue laicos iniuriantes eis, & vulnerantes
ipsos, & eum armis inuadētes ipsos: & quia Præ
latum eorum dicunt esse summum Pontificem,
sicut animalia non timent Leonem longinquū,
sic sūmus Pontifex, quia nō potest semper esse
proximus, ab eis non timetur: & ipsi nō timent
sententias Prælatorum nisi sint subiecti eis: qa
quantum ad ea quæ recipiunt a prælatis, puta
si fiant per Pręlatos Archidiaconi, vel recipiūt
D ab eis aliquam dignitatem ſm quā faciunt Præ
latis Homagia, & pmittunt eis se esse subiectos:
hoc tn̄ non obstante Prælatis non obediunt,
nec eorum sententias metuunt: & quod peius
est, non timent sentētias canonū, quibus se esse
subiectos possunt nullatenus dubitare. Immo
cum visitant, quia visitatio discurrendo p agrū
in transitus non debet magna celeritate peragi,
quia diuturnā notitiam res ipsæ postulant: ipsi
tamen nō verentur sic transeundo de quibus-
cunqꝫ maximis causis celeriter cognoscere. Nā
& matrimōnia separant, dicente domino. quod
Deus coniunxit, homo non separet. Debet. n.
iudex in talibus non in transitu, & sine euidenti
causæ cognitione, sed in diuturno tempore iu-
dicare.

dicare. Pōt.n. contingere ꝙ matrimonium sit legitimum & non sit ratum, cuiusmodi erat matrimonium in primitiua ecclesia inter infideles. Nam si vnus coniugum conuertebatur, & alius non, si volebant habitare simul sine contumelia creatoris, sustinebatur tale matrimoniū in spe, ꝙ vir infidelis cōuerteretur per mulierem fidelem, vel e conuerso. Sed quando alter coniugū non conuersus volebat habitare cum alia, pmittebatur sine contumelia creatoris (vt dicit Apostolus 1. Corinth. 7. Si infidelis discedit, discedat) dissoluebatꝰ matrimonium, quia & si poterat esse legitimum, non tñ erat ratum. Sed nunc inter fideles si matrimonium est legitimum, est omnino ratum, nec debet quis separare quod Deus coniunxit: & si separantur coniuges, hoc est solum quantum ad totum, non quātum ad vinculum. Propter qđ dr̃ prima ad Cor. 7. Qui matrimonio iuncti sunt, pręcipio non ego, sed Dominus, Vxorem a viro non discedere: ꝙ si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recōciliari. Hoc ergo solum est videndum in matrimonio fidelium, vtrum sit legitimū: & si est legitimum, nullo modo debet nec potest dissolui, & maxime quantum ad vinculum: propter quod magnum periculū, quod inde pōt accidere, nō est huiusmodi cognitio facienda in transitu, sed cum magna maturitate in diuturno tempore. Cum ergo Archidiaconi ꝑpter exemptionem hoc faciant in transitu, & sine sufficienti deliberatione, cum hæc tanto tempore durauerunt, & non potest latere D.N. Summū Pontificem maxime cum ipse fuerit prælatus in tēpore sollicitudinis assumptus, et diuersa Prçlationū gñā expertus, nunc autem prælationis apicem adeptus, debet et exemptionem nullatenus sustinere. Addemus autem ad aures D.N. Summi Pōtificis, ꝑpter talem exemptionem tollendam et amouendam ab Archidiaconis, quòd non solum Archidiaconi non verentur sentētiam Canonis incurrere, nam vna et eadem die visitant plures ecclesias, sed etiam a qualibet ecclesia visitata totam et integram procuratione recipiūt in pecunia numerata. Quod neq; ipsis episcopis licet facere, nisi super hoc habeant licentiā specialem a Domino Papa. Diximus autem de Canonicis dicentibus se esse exemptos, quomodo se habeāt ad prçlatos, et quomodo ad suos consocios siue clericos siue laicos: restat nūc vltimo declarare, quomodo se habeāt ad personas coniunctas tam clericos ꝗ laicos, et ad mulieres, sorores, filias, et nepotes, et alias personas eis cō iunctas affinitate vel consanguinitate, vel alio modo. Nam, vt diximus, ꝑpter exemptioné nō timentes Prælatum sunt noctiuagi, discurrētes de nocte per villam, portantes arma, vulnerantes homines, volentes suis prauis voluptatibus obuiare: frangentes ostia de nocte, et mulieres ibi existentes vi opprimentes, vel violēter inde educentes, et alia enormia facientes: quibus om-

A nibus ad agendum exemptio tribuit incentiuū. Nō tamen dicimus quin multi Canonicorum exemptorum sint boni, loquendo tam de Canonicis simplicibus ꝗ de aliis in ecclesia habentibus dignitates, quibus displicent ista mala, et forte in cordibus suis optant, et eorum cōscientia dictat ꝙ non deberent esse exemptiones in ecclesia eorum, ne Canonici malefacientes, carentes capistro et freno correctionis, exinde sumerent materiam delinquendi.

Cap. XXIIII. *In quo agitur quanta mala fecerit exemptio in exemptis religiosis diuitibus.*

B



Eclaratis sceleribus, quę prouenerunt ex exemptiōe Templariorum, et ostensis delictis, quæ ex ea ꝑuenerunt in Canonicis, et capitulis exēptis: volumus declarare quot et q uāta mala Religiosis exemptis diuitibus ex exemptione contingunt. Primo enim vidimus Religiosos exemptos diuites delinquere quantū ad respicientia religionē & ordinem, quia non gerunt vestes suę religioni congruas,
C immo etiam alii curiosiores existunt in suis vestibus ꝗ sęculares, alii etiā vt non cognoscantꝰ se transferunt ad habitum penitus secularem. Et cum Religio a religādo dicatur ꝙ religiosi debent esse religati a mundanis & solatiis, quę cōsistunt in auibus, in venationibus, in mundanis strepitibus in armis: ipsi tamen non verētur ferre falcones & alias aues venaticas & alia animalia ad venandum: ferunt etiam gladios & alia arma bellica, quibus (suæ religionis immemores) lædunt alios & vulnerant: qui si inter pprios socios suæ pprię religionis fuissent, hoc minime attentassent. Nam in religiosis est detestabile nō solum alios lędere, sed etiam non refrenare linguam, & aliis detrahere ac etiā diffamare, iuxta
D illud Iacobi. 1. Si quis autē putat se religiosum esse, & non refrenat linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Secundo delinquunt quantum ad sacramenta ecclesiastica, & quantum ad sanctas ordinationes ecclesiæ. Delinquunt. n. quantum ad matrimonium, qđ est magnum sacramentū in ecclesia, iuxta illud ad Eph. 5. Hoc sacramentum magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Et dicitur aliquod sacramentum magnum vel quantum ad continentiam, & sic est magnum sacr̄m Eucharistia, quæ continet totū Christum vnū Deum & vnum hominem. Vel dicitꝰ magnum aliquod sacramentū quātum ad efficaciam, & sic est magnum sacr̄m Baptismus, qui licet directe ordinatus sit contra peccatum originale, tamē effi

caciam habet contra alia peccata quæ inuenit
cum originali. vt si adultus baptizetur, & nō ac-
cedat fictus ad baptismum, absoluitur non so-
lum a peccato originali, sed etiam ab omnibus
peccatis, quæ commisit ante baptismum. Potest
etiam dici sacr̄m magnum quātū ad ministeriū,
& sic Confirmatio est magnum sacr̄m, quia nō
potest conferri nisi per ministrum Ep̄m. Et Or
do potest hoc modo dici magnum sacr̄m, quia
non potest aliquis conferre ordines, & facere
alios sacerdotes, nisi sacerdos magnus & episco
pus. Et potest dici quarto sacr̄m magnum quā-
tum ad significatū, & sic Matrimonium vel Cō
iugium est sacr̄m magnum, quia significat vel
figurat coniunctionē Christi & ecclesię. Et iō
Apostolus loco præassignato ait, loquens de
Coniugio, Hoc est sacr̄m magnū, dico, idest ex-
pono, in Christo & ecclesia, & in eo quod signi
ficat & figurat coniunctionē Christi & ecclesię.
Contra hoc autē hoc magnū sacr̄m Religiosi
exempti diuites non verentur delinquere, qui
contra mandatum ecclesię Matrimonia clande
stina celebrāt, in quorum celebratione est ma-
gnum periculum. Et proinde semper debent
fieri palam, ne contrahentes habentes aliquod
impedimentum, cōtrahant matrimonia illicita.
Et nō solum faciunt contra matrimoniū quod
est sacramentū ecclesiæ, sed etiā contra statuta
& ordinationes ecclesiæ, cuiusmodi sunt, nō re
cipere excōmunicatos in Cemeterio benedicto,
quia cum quibus non cōicamus viuis, nō debe-
mus cōmunicare mortuis. Ipsi autē contrariū
facientes Cemeterium polluunt & tanq̄ cōsciē-
tiam non hn̄tes, nulla est in eis censura. Tertio
nō currant inferre tam prælatis q̄ aliis iniurias.
Vidimus. n. tp̄e nr̄o quendā religiosū exēptum
inuadere hospitiū prçlati, et cū ense euaginato
interfregisse portas hospitii Prælati: ex qua fra
ctione, plures de familia Prælati erant mortali-
ter vulnerati, & vnus morte extinctus: & viā vni
uersæ carnis ingressus, nec tū fuit ꝑpter hoc suf
ficienter a suo Abate correctus. Quod etiam fa
ciunt in aliis diuites religiosi exempti: quo mo-
do vsurpant iura aliorum? quomodo per potē
tiam diuitiarū opprimunt alios? quomodo sunt
vagabundi de nocte? quomodo inhoneste vi-
uunt? qūo quas nō possunt ad inhonestatē no-
torie declinare, vi opprimunt? quæ omnia nar-
rare longum esset: sed hæc omnia breuiter cō-
stringentes, dicamus in eis impletum esse vatici-
nium Ieremiæ 24. Video ficus bonas, bonas val
de) & sunt hi qui in religione manserunt & ꝑfe
cerunt (& malas ficus, malas valde) & sunt illi
exēpti, qui a religione defecerunt. Religiosi er-
go diuites exempti cōmuniter non currant de
studio, vt testatur Hieronymus. Si. n, literis ope
ram darent, carnis vitia nō amarent. Non labo-
rantes ergo ad habendū victum & vestitū, quia
sunt diuites, nō diligunt studiū literarum, credē
tes ex suis diuitiis sufficientiā habere. Et quia a ni

A mus hominis nescit otiosus esse, cogitant alias
vanitates, & fiunt incōtinentes, correctionē sui
episcopi non metuentes. Dictat ergo ratio, ꝙ
summus Pontifex exemptionem nō faciat, sed
factam tollat. Sed dices quod D. Summus Pon-
tifex potest omnia facere. Cui dicto non con-
tradicimus. Habet. n. summus Pontifex, quantū
ad ea quæ sunt de iure positiuo, plenitudinem
potestatis, non autem habet hanc potestatem
in naturalibus, & in his quæ sunt de iure natu-
rali: sed solus Deus, cuius summus Pontifex est
Vicarius, habet plenitudinē potestatis & in na-
turalibus, & in his quæ sunt de iure naturali: po
test enim calefacere sine igne, & quod existens
in igne non calefiat, non obstante ꝙ ignis natu
B raliter calefaciat: potest etiam in his quę sunt de
iure naturali dispensare, & ea facienda percipe-
re, vt si est cōtra ius naturale innocentem occi-
dere, ipse tamē pręcepit hoc fieri, cum manda-
uit Abrahæ imolare filium: & si est cōtra ius na-
turale furari aliena, & ea inuito domino pertra
ctare, hoc tamē pręcepit, cū mandauit Hebręis,
quod acciperent ab Aegyptiis mutuo vasa au-
rea & argentea, quæ secure detulerunt: & si est
contra ius fornicari, ipse tamen hoc pręcepit
Oseę, quod acciperet sibi vxorem fornicariam,
& faceret filios fornicationum. Potest enim
hoc licite imperare Deus, vt non peccet, hoc
adimplens: nam ratio peccati in eo est, ꝙ quis
deordinatur a Deo. Sicut ergo in naturalibus
C potest remanere ordo ad Deum, non remanen
te ordine ad creaturam, quod fieret si Deus ali-
quem calefaceret sine igne, & si aliquo calefa-
ctibili existente in igne non permitteret calefie-
ri ab igne: sic etiam in moralibus existentibus de
iure naturali, potest remanere ordo ad Deum,
sublato ordine ad proximum: sed quia Deus
potest tollere ordinem ad proximum, rema-
nente ordine ad seipsum, potest ista præcipe-
re fieri sine peccato. Concludamus ergo & di-
camus, quod sicut Deus potest dispensare in
his quæ sunt de iure naturali, & potest facere
contra cursum rerum naturalium, hoc tamen
raro facit, & ꝑ euidenti vtilitate ecclesiæ et fidei
facit: sic summus Pontifex faciens cōtra ea quæ
D sunt de iure positiuo, cuiusmodi est exemptio.
ideo communiter loquendo non debet exem-
ptionem facere, sed factam tollere, nisi eam fa-
ciat pro magna & euidenti vtilitate ecclesiæ.
Rursus si faciat talem exemptionem, quantum
ad aliqua capita Religionū diuitum, vel quod
totam vnam religionem non deditam studio,
vel deditam secundum aliquam modicam par-
tem faciat exemptam, ex qua exemptione vide-
mus tot mala originem sumere, credimus
quod non deceat vel expediat face-
re, cum secundum sen-
tentiam Apostoli,
Omnia quæ licent, non
expediunt.

Cap.

Cap. XXV. *In quo ostenditur quòd exem-
ptio secundum sui significatum non
est facienda sed tollenda.*



SI autem cõsideramus quid
significat nomen exemptio
nis, declatate poterimus
exemptionẽ noncsse faciẽ-
dam, sed tollendam. Hoc
enim significat exemptio,
ꝙ aliqui eximãtur a suo or
dinatio: sed non pñt eximi a suo ordinario, nisi
eximanẽ a suo ordine ecclesiastico, quem debẽt
habere in Dei ecclesia. Cum ergo dicat Apo-
stolus 1. Cor. 14. Omnia autẽ honestè & cũ or
dine fiant in vobis:) exemptio autem non fit ho
nestate: nam hoc est honestum, in quo seruaẽ
ordinarius status: sed in exemptione nõ serua-
tur ordinarius status episcoporũ vel pontificũ,
qui sunt super alios in his quæ sunt ad Deum,
vt habetur ad Hebræos. 5. Sunt ergo Pontifi-
ces vel episcopi medij inter summũ Pontificem
& alios homines, in his quæ sunt ad Deum. i. in
spiritualibus. Quòd ergo aliqui eximãtur a suis
ordinariis, non seruatur ibi honestas, idest ordi
narius status quantũ ad Prælatos: nec seruaẽ ibi
debitus ordo, idest debita ordinatio quantũ ad
subditos. Nam cum subditi sint inferiores suis
Pontificibus, & pontifices sint medii inter eos
& summum Pontificem, nõ seruatur debitus or
do, si eximuntur a proprio prælato, cum ẜm
Diony. semper debitus ordo requirat, ꝙ infe-
riora sint reducenda in superiora per media,
quia (vt ait 7. de diuino.) Ipsa diuina substantia
est omnium effectiua, & semper omnia concor
dans, & indissolubilis omniũ concordationis &
ordinis causa, & semper fines priorũ coniungẽs
principiis secundorũ, & vnã omnium conspira
tionem & armoniã pulchrè operans. In hoc er
go stat armonia, ordo & cõsonantia totius vni-
uersi, ꝙ fines priorum debent coniungi princi-
piis secundorũ. Priora ergo sunt summa, secun
da sunt media, tertia sunt inferiota & infima. Sũ
mus ergo Pontifex est omnino prior, ipsi Pon
tifices sunt secundi, alii autem tertii sunt inferio-
res & infimi. Ergo infima priorum, idest infima
summi Pontificis debent attingere principia se-
cundorum, idest suprema aliorum prælatorũ,
(vt verificetur de Vicariis Christi, spiritualiter
loquendo, quod verificatur de Christo simpli-
citer & totaliter, Omnia subiecisti sub pedibus
eius:) & sicut suprema Prælatorum attingunt
infima summi Pontificis, sic suprema aliorũ de-
bent attingere infima Prælatorum. i. episcopo-
rum. Qui vniuersalis ordo quia per exemptio-
nem tollitur & cõfunditur tantũ quantũ se ex-
tendit exemptio, ideo bene dictũ est quod in ru
brica capituli dicebaẽ, ꝙ ex ipso significato no-
minis exemptionis sufficienter declarari potest

A exemptionem nõ esse faciendã sed tollendã, cũ
tollat honestatem, idest honestũ statum a Prę la
tis, & debitum ordinem a subditis, dicente Apo 1. cor. 14.
stolo, omnia in nobis honestate & secũdum or-
dinem facienda. Sed dices, Hoc contrariari su
perioribus dictis. Dicebatur. n. supra, posse con
tingete, & etiam sic esse, ꝙ Capitulũ imperfectũ
præcedit Prælatũ imperfectũ, cum electio Præ
lati per caplm cõmuniter fiat: sed prælatus pfe-
ctus per superiorem confirmatus præcedit capi
tulum perfectũ, quia non est capitulũ perfectũ
si non habet caput, & non habet caput anteq̃ sit
suus Pręlatus confirmatus: ꝑpter quod prius
intelligitur Pręlatus esse confirmatus & perfe-
ctus, q̃ capitulum habeat caput & sit perfectũ.
B Quæ omnia si volumus adaptare ad summum
Pontificem, cũ ipse non confirmetur per aliquẽ
alium, videẽ ꝙ semp remaneat vt electus, & vt
imperfectus, cum in qualibet Prędatura videaẽ
pfectio summi. Ad quod dici põt, ꝙ semp vni-
uersalia vt vniuersalia superioribus carent. Nã
ignis elementum continentia, quantum ad alia
elementa, est quid vniuersale, quia vniuersaliter
continet alia elementa: sed non quid vniuersale
ẜm continentiam quantũ ad alia corpora, quia
non cõtinet omnia alia corpora: igitur sicut ha
bet vniuersalitatem, sic habet superioritatẽ: est
ignis supremus inter omnia elementa, non autẽ
inter omnia corpora: sed cęlum, quod est supre
mum inter alia corpora ẜcdm quòd huiusmodi
C nõ habet aliud superius corpus: ideo ait Philo 3. cæl. t. 30
sophus ꝙ terra est in aqua, aqua in aere, aer aũt
in igne, ignis in cęlo, cęlum autẽ non amplius
in alio. Eo ergo ipso ꝙ aliquis eligitur summus
Pontifex, quia nõ habet aliquem hominẽ pu-
rum superiorem, nõ indiget alia confirmatione
cum sit supremus inter homines hic viuentes,
sed ipsa electio, est ipsa cõfirmatio: sicut videmus
in agẽtibus materialibus ꝙ agens vel generans
quãtum dat passo vel generato de forma, tantũ
dat sibi de loco, tãtum dat sibi de prę sidentia &
influentia: quia semp superiora situ & loco prę
sident inferioribus, & influũt in inferiora, vel ꝑ
ea fit influentia in inferiora. Cum ergo sũmus
Pontifex quãtum ad regimen ecclesiæ accipiat
in se oẽm formalitatem, & oẽm dignitatem; &
D sit adeptus omnẽ apicem ecclesię, inferiora indi
gent confirmatione & stabilitate, summus vero
Pontifex non indiget cõfirmatione, sed ipsa ele
ctio est ipsa cõfirmatio & stabilitas. Propter qđ
summus põtifex, eo modo, quo est omnino su
premus, nõ indiget cõfirmatione & stabilitate
ab alio; sed eo modo quo nõ est omnino supre
mus, potest his indigere. Patefactum. n. fuit su-
pra ꝙ quãtum ad ea quæ sunt iurisdictionis, Pa
pa est omnino supremus: ꝑpter qđ post electio
nem eius, nullus potest aliquã iurisdictionẽ in-
fluere, vel iurisdictione eum cõfirmare, vel sta-
bilem facere, sed quantũ ad iurisdictionẽ ipsa ele
ctio est confirmatio: in ipsa enim electione daẽ

A sibi tantum de formalitate & de dignitate, & de
iurisdictione, quantum potest habere, vt quan
tum ad hoc non indigeant homines hic viuen
tes superiori agente vel confirmante. Habet er
go papa ex sola electione oẽm apicẽ ecclesię q̃ₐ
tum ad ea quæ sunt iurisdictionis, non quantũ
ad ea quæ sunt ordinis. Propter ꝙ si eligeretur
papa nõ presbyter oporteret ꝙ fieret sacerdos
ad hoc ꝙ posset conficere corpus Christi: & si
eligeretur papa nõ episcopus, oporteret ꝙ fie-
ret episcopus ad hoc ꝙ posset ordinare & face-
re alios sacerdotes. Si .n. eligatur in papam ali
quis nõ episcopus, nõ erit sacerdos magnus q̃tũ
ad ea quæ sunt ordinis, quia non habebit in se
perfectionem characteris sacerdotalis: erit ta-
B men magnus & maximus quãtum ad ea quę sũt
iurisdictionis. Sicut etiam propositũ confitendi
& cõtritio facit nos impares, ẜm Sãctos docto
res, in remissione peccatorum, licet absolui ab
alio sacerdote omnes teneantur: oportet ta-
men ꝙ se subiiciat aliĩ sacerdoti, vt absolutionis
beneficium consequatur, cum nullus sit ab illa
Luc. 17. sententia exemptus: Ite ostendite vos sacerdoti-
Psal. 31. bus: & dixi, Confitebor, & tu remisisti. In solo
enim proposito confitendi, si sit tãtum propo-
situm quod sufficiat, remittuntur peccata: aliter
nõ esset verum, vt dum irent, idest anteq̃ ostẽde
rent se sacerdotibus, mundati sunt. Tamen ex
hoc nõ potest argui ꝙ simpliciter sufficiat ꝓpo
situm confitendi, vel contritio sine confessione:
C quia si adsit locus & opportunitas cõfitendi, &
præsentia debiti sacerdotis, si nõ confitentur, re
putatur fictus, vel contritio vel propositũ confi
tendi apud Deum reputatur fictum. His itaq;
peractis, dicamus, vt dictum est, ꝙ quantũ ad pu
ros homines, Papæ electio est cõfirmatio: nec
tamẽ propter hoc excludimus diuinã operatio
nem vel Christi, qui est vnus Deus & verus ho
mo huiusmodi electionẽ cõfirmans. Nã coadiu
tores sumus Dei, & omnia opa nostra operatus
est Dñs Christus: qui ea cõsumat & perficit, ipso
dicente, Sine me nihil potestis facere. Ipsam er-
go electionem summi Pontificis operatus est
Dñs, & dictam electionem consumat & perficit
Christus: & forte ad hoc insinuãdũ dixit Chri
D stus Petro Lucæ. 22. Ego autẽ oraui pro te vt
non deficiat fides, & tu aliquãdo conuersus con
firma fratres tuos. Ex quibus verbis manifeste
colligitur, ꝙ ex oratione Christi, nõ defecit fi-
des Petri, sed fuit confirmatus in fide Petrus ꝑ
Christum. Quæ confirmatio põt referri ad oẽs
successores Petri, vt intelliguntur cõfirmari de-
ficientes in fide, quæ est fundamentũ: & in iuris
dictione, quæ est ędificium super ędificatum su-
per fundamentũ fidei. Igitur Petrus & quilibet
successor Petri non est per aliquem purum ho
minẽ, sed per Christũ confirmatus. Quod verò
sequitur, Et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos) vox Christi est ad Petrum & ad
suos successores dicentis, Tu Petre & quilibet

A successor tuus per me confirmatus es; Sed tu &
quilibet successor tuus confirma fratres, Præla-
tos per te vel sub te electos. Et signanter hic lo
quitur Christus de fide, quia quantum ad alias
q̃ões & executiones aliq̃ñ cõmitti põt sine re-
uocatione, & forte cum quæstione: quia si esset
Archidiaconus in ecclesia Dei, ad eum specta-
ret custodia & executio temporalium: & si esset
Cancellarius in ecclesia Dei, ad eum spectaret
beneficiorum determinatio vel diffinitio placi-
torum vel quæstionũ, ita ꝙ papa nõ intromitte
ret se nisi de fide. Et ideo quia huiusmodi quæ-
stio (idest de fide per antonomasiam) spectat ad
summũ pontificẽ, Christus igitur loquẽdo prin
cipi Apostolorũ specialiter facit mentionem de
B fide, dicens, Ne deficiat fides tua. Confirmatio
ergo summi pontificis nõ refertur ad purũ ho-
minem, sed in Christũ: confirmatio autem alio-
rum Prælatorum, & etiã omnium fideliũ, referẽ
da est in Petrum, vel in successores Petri media
te vel immediate: quia summus põtifex aliquos
vt superiores pręlatos cõfirmat immediate, in-
feriores nõ confirmat immediate, sed per supe-
riores: aliquos etiam non superiores confirmat
immediate. Et quãuis nõ posset sine aliqua mo-
deratione, quia semp exemptio aliquã inordina
tionem facit, tamẽ quia in his quæ sunt de iure
positiuo potest remanere ordo ad summũ Pon
tificem sublato ordine alio, sicut in naturalibus
& in his quæ sunt de iure naturali potest rema-
C nere ordo ad Deum sublato ordine alio: sed vt
sæpe sæpius diximus Deus qui potest in natu-
ralibus omnia facere immediate & æque bene,
tamẽ nõ vult, sed suam vult cõmunicare creatu
ris dignitatem: & sic administrat res, vt eas pro-
prios cursus agere sinat, vt in capite huius libri
per Augustinũ ostensum est. Summus tñ ponti
fex habẽs plenitudinẽ potestatis in positiuis, sic
debet administrare res, idest personas ecclesiasti
cas, vt eas proprias causas administrare sinat. Et
cum non ęquẽ bene, nec ęque diligenter possit
fieri executio horum quæ spectant ad ecclesiã
(quã turbat exemptio) per vnũ singularem ho
minem quantũcunq; bonũ, sicut fit per plures
bonos: ideo exemptio, nisi ꝑ magna causa, non
D est permittenda. Ad hanc veritatem probandã,
ꝙ electio summi Pontificis reducitur in Deum
vel in Christũ, possumus adducere verba quæ
habentur Matth. 16. Ego dico tibi quòd tu es
Petrus, & super hanc etc. & sequitur, Tibi da-
bo claues regni cęlorum: & quodcunq; ligaue
ris super terrã &c. Petro ergo & suis successori-
bus dictũ est signanter & specialiter, Tu es Pe-
trus: & tibi dabo claues: quia electio summi Põ
tificis est exemptæ actionis, & non habet alium
confirmatorem nisi Deũ. Sed ad alios Aposto-
los in ligatione & absolutione peccatorũ locu-
tus est generaliter, vt habet Ioan. 20. quando
post resurrectionẽ insufflauit in discipulos suos,
& dixit eis, Accipite spiritum sanctũ, & quorum
remiseritis

remiseritis peccata etc. vt det nobis intelligere, A quod confirmatio aliorum Praelatorum currit cōmuniter, & fit confirmatio eorum ab homine puro, sed confirmatio summi Pōtificis habet singulare medium, & non fit ab alio qui sit purus homo, sed fit a Deo vel Christo, qui est Deus & homo: immo si consideramus verba euangelii, & maximè post resurrectionē Christi, quia ex tunc Christus per modicum tempus cōuersatus est cum eis, idest cum Petro & discipulis, videlicet vsq; ad ascensionem: & ex tunc remansit ecclesia sub Petro, idest sub Vicario Christi, ideo Euangelium loquitur de Petro signanter per comparationem ad alios Apostolos, iuxta illud Marci vltimo, Ite, dicite discipulus eius, & Petro, quia praecedet vos etcęt. Sic etiam Lucae vltimo, illis duobus discipulis euntibus apparuit Iesus in via, a quibus cognitus est per fractionem panis: ipsi verò redeūtes in Ierusalem, inuenerunt congregatos vndecim discipulos dicentes, Surrexit Dominus verè & apparuit Simoni. Quòd ergo Euangelium singulariter loquitur de Petro, Gregorius, & Hieronymus dicunt hoc factum esse, ne desperaret, quia negauerat ipsum. Possumus tamen dicere quòd Angelus apparens mulieribus locutus est specialiter de Petro propter duo, videlicet ne desperaret, vt dicunt Gregorius & Hieronymus: & etiam quia specialiter confessus est Christum esse filium Dei viui: & Christus specialiter respondit, Tu es Petrus, & dabo tibi C claues etcęt. Nam ex hoc factus est Petrus princeps Apostolorum, & ex hoc traditę sunt ei claues regni cęlorum, vt ex hoc intelligeremus, quòd principatus Petri, & successorum eius non currit communiter cum aliis, sed est exemptae actionis: immo sicut Petrus primo confessus est Christum esse filium Dei, ita primus inter omnes alios viros post resurrectionem meruit videre Christum. Propter quòd super illo verbo iam allegato, Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni, ait Beda, Omnium virorum primo Dominus intelligitur apparuisse Petro, quia omnino credendum est primo apparuisse Matri, non vt dubitantem D certificaret, quia vniuersis haereses interemit in vniuerso mundo, quoniam Christo moriente in ipsa sola remansit fides, non credentibus immo dubitantibus cęteris.

Deus ergo apparuit ei vt tristem lętificaret, vt apparuit fortè mulieribus aliis. Sed inter viros primò Petro. Quae omnia indicant principatum Petri & successorum eius esse actionis exemptae.

Cap. XXVI. Et vltimum, in quo ostenditur quòd Exempti sunt quaedam turpis pars ecclesiae, & adducuntur dicta Decreti contra exemptos.



Voniam pulchritudo partis magis est in ordine ad totum, quàm sit in se ipsa, non immerito Aug. in Enchir. c. 10. ait quod singula creata bona sunt, simul autem vt vniuersa valde bona: quia ex omnibus consistit vniuersitas, admirabilis pulchritudo. Et quia B pars ex toto & ex ordine ad totū habet quandā pulchritudinē, ideo bene dictū est quod ait August. 3. Confess. Turpis est omnis pars vniuerso suo non congruens. Quod si volumus ad hanc materiā verba Philosophi adducere, dicemus, quod cū homo sit medius inter angelos & bestias, non potest nisi triplici modo viuere, quia vel viuit vt angelus, vel viuit vt homo, vel viuit vt bestia; si viuit vt Angelus, viuit vita contēplatiua; si vt homo, viuit vita politica; si vt bestia, vita voluptuosa. De qua triplici vita, contemplatiua, politica, & voluptuosa, agit primo Ethico. *Cap. 7.* Vita politica. i. socialis vel ciuilis competit homini in eo quod homo, vt plane habet ex 1. Politic. *Cap. 2.* Est. n. homo naturalr animal ciuile vel sociale; pp quod ei secundū quod homo cōpetit vita socialis & ciuilis. Qui ergo nolunt aliis cōicare, & volunt esse exēpti, nolunt viuere vita ciuili, & nolūt annumerari cum aliis, & si sunt pars ecclesię, non sūt pars conueniens suo toti, vel suo vniuerso. Et quia turpis est pars, quae suo nō cōgruit vniuerso, si tales exēpti dicantur pars ecclesiae, hoc non erit proprie & absolutè, sed cum hac additione, quod sunt pars turpis; quia ppter exēptionē talis pars suo non conuenit vniuerso; quia non tenent modū & ordinem cōpetentē suę vniuersali ecclesiae, sm quē inferiora semp reducunē in superiora per media, & semp alii à pontificibus reducunē in summū Pontificem per pontifices medios. Quilibet ergo talis homo exemptus non viuit vt homo, quia non viuit vita sociali, vt socialis est, nec reducitur in summū Pontificem per pontificē medium. Et quia nō viuit vt homo, & non reducitur vt ciuis istius ciuitatis, quae est ecclesia, cōsequens est, quod vel viuat vt angelus, si viuit contēplatiua vita, vel viuat vt bestia, quia viuit vita voluptuosa. De talibus. n. loquens Philosophus in 1. Politicorū ait, quod non indigens alio, sed per se sufficiens, nō est pars ciuitatis, quare aut bestia, aut Deus. Quia vel est peior homine, & est bestia; vel est angelus qui est melior homine, & tūc Deus. i. diuinus vel angelicus. Omnis ergo exēptus, vel est exēptus, & augetur, si det se contēplationi & studio; vel est

beſtialis,ſi det ſe voluptatibus: quod ſatis experimento cognoſcitur,ſi dicta in pręcedentibus capitulis diligentius intueanẽ.Facere ergo exẽptos non deditos ſtudio,eſt facere quandã turpem partem in eccleſia.His itaq; peractis, quia vidimus apoſtolum ad ſuum propoſitũ aſſumere ſimilia verba Poetarum,eum ait,Corrũpunt bonos mores colloquia praua: & Auguſtinus, Trahit vnumquẽq; concupiſcentia ſua:adducemus ẽt nos in hoc caplo,quę accepimus a Iuriſtis.Nã in prima parte 3.diſt.ca.Nulla rõne,dr̃, Nulla rõne clerici aut ſacerdotes hñdi ſunt,qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidẽtia gubernãtur:tales.n.acephalos.i.ſine capite priſca conſuetudo nuncupauit.Item, Quij ſuis epiſcopis non obediunt,indubitanter reprobri, & rei exiſtunt. Porrò ipſi a Deo donum ſummi muneris conſequunẽ,qui ſuis doctoribus libenter obediunt.Item,Ille proculdubio ſcandalizatur in Deum,qui rectè non docet,& qui eius ſcandalizat ſacerdotẽ vel epm. Ex prima ergo clauſula horum dictorum,ꝙ non ſunt habendi clerici nec ſacerdotes,qui non ſunt ſub epis,arguitur,exemptos delinquere quãtum ad ſtatũ vię. Ex ſecunda clauſula habetur,ꝙ exempti delinquẽdo quantũ ad ea quę ſunt viæ,nõ cõſequũtur a Deo donum ſũmi muneris.i. ea quę ſunt patriæ.Ex tertia verò clauſula ꝙ ille ſcandalizat epm vel ſacerdotẽ, latenter datur intelligi,quaA liter debeat fieri exemptio: quia ſi quantum ad eos qui rectè docentur,& qui dantur ſe ſtudio, tolleratur exemptio; quantum verò ad eos qui non dant ſe ſtudio, quia neſciens animus hominis eſſe ocioſus dat ſe voluptatibus, & ex hoc ſcandalizat eius epiſcopum vel ſacerdotem, nullatenus tollerãda. His itaq; excurſis,dicemus ꝙ ſicut iura Decretorum redarguunt volẽtes eſſe exemptos;ſic eadẽ iura docent epos, qũo ſe habere debeãt ad Exẽptos. Nã cau.18.q.2.c.Abbatibus,diciẽ,Abbatibus, q neq; ſub Epõ,neq; ſub Metropolitano,neq; ſub Primate, neq; ſub Patriarcha ſunt, nullus prorſus epiſcoporum epiſcopalia quælibet adminiſtret: cum.n.ſe nulli epiſcopo omnino ſubeſſe profiteantur, cõſe B quens eſt vt nullus epiſcoporum quæ ſua ſunt eis tanq̃ extraneis largiatur. Signanter autẽ narrantur gradus exiſtentes infra ſummum pondficem, quia a ſummo Pontifice nullus ſpecialiter eximi poteſt. Nã nec ipſe ſummus pontifex hoc facere poſſet, ſicut nec etiam Deus poſſet aliquã naturam creatam a ſe eximere. Et in hoc terminatur hoc opus vel hic liber, quem intitulari voluimus contra exemptionem ; & exinde ſit laus Domino noſtro Ieſu Chriſto, per quẽ omnia fiunt,& bona cuncta procedunt, qui cũ Patre & Spiritu ſancto viuit benedictus Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

1. Cor. 15. et ſunt verba Menandri.

Caue ne exiſtimes Aegidium tenere illos eẽ acephalos quos Papa ob urgẽtiſſimas cauſas ſuæ imediatè ſuddit ptãti.

FINIS.



D. AEGIDII ROMANI

Archiepiscopi Bituricensis Ecclesiæ, et Primatis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, doctoris clarissimi,

TRACTATVS DE DIVINA *Influentia in Beatos.*

Nunc primum in lucem editus.



Cap. 1. *In quo probatur quinq; uijs, ꝙ influentiā illam, qua beatificantur omnes angeli tam superiores q̄; inferiores & etiam homines, Deus non per alium sed immediate facit per seipsum.*



Ignatus est Venerabi-
lis pater Dominus Le-
gioñ. per interpositam
personā de quæstione
quadā pregnāte, & ad
triumphātē ecclesiam
pertinente, nostrū ani-
mū cōmouere, videli- C
cet, Vtrū Angeli infe-
riores, & quilibet eorū recipiat aliquam influen
tiam specialē a Deo, præter influentiā, quam re
cipit mediantibus superioribus Angelis. Dixi-
mus autē hanc quæstionē fore prægnantem:
quia forte per eam poterit descendi ad ecclesiā
militantem, Vtrum .s. expediat Sanctiss. Patrem
Dominū nostrum summū Pōtificem exēptio-
nem facere in ecclesia Dei: vt immediate influat,
& immediate regat aliquos in Dei ecclesia, non
mediantibus Prelatis mediis. Nam licet Deus
regat substantiā corporalem mediante spiritua
li, & corpora inferiora mediantibus superiori-
bus: facit tamē aliquādo pręter hunc ordinem, D
quia sanauit multos ęgrotos, qui s̃m ordinē su
periorū corporum erant insanabiles: & suscita-
uit Lazarū in monumento quatriduanū haben
tē, illud idem esse numero, quod prius habebat:
quod est contra ordinē influentiæ cęli, dicente
Philosopho in de Generatione, Quorū substā
tia deperit, non redeunt eadē numero. Dicen-
dum ergo ad quęstionē primo, ꝙ, cū quęritur,
Vtrum Angeli inferiores, & quilibet eorum re
cipiat aliquā influentiā specialem a Deo præter
influentiā quā recipit mediātibus superioribus
angelis; non est quęstio de influentia beatifica
quia illa est generalis, & non pertinet ad propo
tam quęstionē: quoniā loquentes de influētia

A s̃m quam habet esse beatitudo beatorū quę est
ipse deus, illa īmediate deriuatur a Deo in sin-
gulos angelos & beatos: nam Deus ipse per se
ip̄m & sine alio medio est Beatitudo nr̄a, iuxta
illud Gen. 15. Noli timere Abraham, ego pro-
tector tuus, & merces tua magna nimis. Ipse er
go Deus est merces nostra: vnde seruimus Deo
non ꝑpter aliud pręmiū habendum, sed ꝑpter
habendū ipsum Deū. Primò ergo debemus
quęrere regnum Dei quod est Ipse Deus, po-
stea omnia alia adiicient̃ nobis: ꝑpter quod tan
q̄ adiecta debemus quęrere alia a Deo, sed pro-
pter seipsum tanq̄ beatitudinē nostram & tanq̄
principalē mercedē nostram debemus quęrere
ipsum Deū, iuxta illud Aug. 1. Confess. Ad te
B nos fecisti domine, & inquietū est cor nostrum
donec requiescat in te. Oportet ergo ꝙ Beatitu
do nostra, in qua quiescit cor nostrum & mens
nostra, sit ipse Deus. Possumus autē enumerare
quinq; vias, per quas irrefragabiliter ostēdi po
terit, ꝙ Beatitudo nostra est ipse Deus per seip
sum: & ꝙ nihil infra Deū, & nihil aliud a Deo
potest beatificare nō solū nos sed etiā angelos,
de quibus est mota principalis quęstio: vt prima
via sumatur ex diuina immensitate: secunda ex
eius interioritate: tertia ex eius realitate: quarta
ex eius vniuersitate: quinta ex eius quietatione
& satietate. Prima via sic patet: est. n. per se no- 1. via.
tum, ꝙ si aliquod vas pōt capere tantū vinum,
minus vinum q̄ illud, non potest illud vas reple
re: vt si potest capere vas aliquod quintam vini,
C vel modium, vel quantūcunq; vinum, minus vi
num q̄ illud, non pōt vas illud replere. Cum er
go anima & angelus possit capere tantū bonū
quātū est ipse Deus, minus bonum q̄ ipse Deus
non potest nec animā nec angelum replere: &
quia secundū Aug. 10. Confess. non sumus bea
ti, donec dicamus satis est, idest donec sumus
gaudio & bonitate dei impleti: ideo potentes
capere tantum bonum quantum est Deus, mi
nus bonum q̄ Deus nos beatificare & replere
non potest. Quod autē nos possimus tātū bo-
num capere quantum est Deus, patet ex hoc ꝙ
sumus ad imaginē & similitudinē Dei. Nā s̃m
Aug. anima est imago Dei, ex eo quòd eius ca-
D pax & particeps esse potest. Secunda via adhoc
idē sumitur ex diuina interioritate vel intimita
te. Nam s̃m Aug. in lib. Confess. & in pluribus
locis, Deus est intimior cuilibet rei q̄ ipsa res si-
bi. Est. n. Deus s̃m eundē ibidē intimior intimo
nostro. Cum ergo quilibet Angelus & qualis-
bet intelligentia nō sit quanta, nec sit quid ex-
tensum, nec quid diuisibile, iuxta illud Magistri
de causis, Intelligentia est substantia, quæ nō di
uiditur: nihil potest illabi Angelo vel Animæ
siue cuicunq; substantiæ spirituali, nisi illud qđ
potest illabi substantiæ eius: hoc autē est solum
Deus, qui illabitur substantiæ vel essentiæ etiam
spirituali. Dicemus ergo ꝙ Angelum vel animā
vel quācunq; substantiā spiritualē velle beatifi-



cari vel satiari aliquo bono q̃ diuino, est velle sa A
tiari bono, quod non illabitur sibi nec intrat in
ipsum: sed, vt patet, si tota aqua maris proiice-
retur circa testã vnius oui, vel circa testã vnius
nucis, & nihil de illa aqua intraret in huiusmo-
di testã, tota talis aqua non satiaret talem testã.
Magna est ergo fatuitas cuiuscũq; hominis vo-
lentis satiare animã suã de pecuniis, vel de qui-
buscunq; bonis exterioribus cũ huiusmodi bo
na in animam intrare non possint: pñt. n. talia
bona satiare bursam, in quam intrare pñt: sed
angelum vel animã in quam intrare non pñt, ne
queunt satiare. Solus ergo Deus, qui põt illabi
nobis & subintrat essentiam angeli vel aĩæ, põt
3 angelum vel animã satiare & beatificare. Tertia
via ad hoc idẽ sumitur ex diuina realitate: nam B
magna differentia est inter habere principaliter
ipsam rem, vel rei speciem siue intentionẽ. Expe
ritur. n. quilibet in seipso, ſm quod habetur in
primo cap. can. Iacobi, de homine consideran
te vultũ natiuitatis suę in speculo: considerauit.
enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fue-
rit. Quisq;. n. experitur in seipso, q̄ si centies,
vel pluries consideraret imaginem suæ faciei in
speculo, non ita recordaretur de ea, sicut recor
daretur semel videndo faciem alicuius alterius.
Ex quo apparere põt quanta differẽtia sit inter
rem, & speciem vel imaginẽ rei. Cum ergo ſm
Philosophum in tertio de Anima, Res nõ sunt
in anima, sed species vel similitudines rerũ: quã-
tũcunq; istæ species vel similitudines multipli- C
centur, non implebunt vel satiabunt animã. So
lus ergo Deus, qui secundũ seipsum & realiter
potest esse in anima, poterit animam satiare &
beatificare, iuxta illud Aug. 4. Confess. loquen
tis ad Dñm in seipso & supra, Vbi ergo te inue
niam vt me docentem nisi in te & supra me?
Anima ergo inuenit Deum in seipsa, & supra
seipsam, & intra seipsam: quia anima non est in
Deo, nisi quia Deus est in anima, iuxta illud qui
manet in charitate, in Deo manet, & Deus in
eo. Non quęramus ergo Deum realiter longin
quũ a nobis, quia ipse Deus per seipsum realiter
est in nobis: immo ſm Aug. 3. lib. Confess. Cũ
sumus longinqui a Deo per peccatũ, nos auer-
tendo, ipse est propinquus nobis piè & miseri- D
corditer nos in nostro esse manutenendo & cõ
4 seruando. Quarta via ad hoc idem sumi potest
ex diuina vniuersitate: nam quælibet creatura
est quoddã particulare bonũ: solus autẽ Deus
est vniuersale bonum: quã materiam diffuse tra
ctat Aug. 8. de Trin. c. 3. vbi ait, Quid plura &
plura? bonum hoc & bonum illud, tolle hoc
& illud, & vide ipsum bonum si potes, ita Deũ
videbis, non alio bono bonum, sed omnis boni
bonum. Quælibet ergo creatura est quoddam
bonum particulare, quia est bonũ hoc & bonũ
illud: sed solus Deus est bonum vniuersale, q̄a
non est particulariter bonum hoc vel bonum
illud, sed est vniuersaliter omne bonum, & om

A nis boni bonum, vt patet ex sententia auctorita
tis pręfate. Arguatur ergo sic, Anima vel ange
lus, habens rationẽ & intellectum, est apta nata
ferri in bonum vniuersale: quia vt ait Cõmenta
tor in de Anima, Intellectus est qui facit vniuer
salitatẽ in rebus: nullum ergo bonum particu-
lare poterit angelum vel animã satiare vel bea-
tificare: cum bonum vniuersale sit longe quid
maius quàm bonum particulare: solus ergo
Deus, qui est bonum vniuersale, & nulla crea-
tura, quia quælibet est quoddam bonum parti-
culare, poterit animam satiare vel beatificare.
Quinta via ad hoc idem sumitur ex diuina quie 5
tatione & satietate: nã quãdiu aliquid est in mo
tu non quiescit: cum ergo per ea quæ sunt ad
B finem tendimus in ipsum finem, quandiu sisti-
mus in his quæ sunt ad finem, tandiu sumus in
motu & non quiescimus. Cum ergo omnes
creaturæ ordinentur ad Deum tanquam ad fi-
nem, in nulla creatura simpliciter loquendo
potest esse quies: quia nulla creatura est finis
simpliciter vel finis omnium: solus autẽ Deus
est finis omnium, quia solus ipse, vt vult Com
ment. in primo Metaphy. se habet in triplici ge
nere causæ respectu omnium, quia ipse est om
nium causa efficiens, omnium causa formalis
exemplaris, & ipse solus est causa finalis vel fi-
nis omnium. In ipso ergo solo potest esse quies
& beatitudo nostra: nam cum omnis creatura
sit quid labile, & quid mobile, in nulla creatu-
ra potest simpliciter esse quies: quia qui laben-
ti innitur, oportet quòd cum labente labatur.
Redeamus ergo ad quæstionem propositam,
& dicamus quòd cum Deus per seipsum & si-
ne aliqua creatura media tàm Angelos quàm
animas lętificet, ideo cum quæritur, Vtrum
Angeli inferiores & quilibet eorum recipiat ali
quam Influentiam specialem a Deo præter in-
fluentiam quam recipit mediantibus superiori-
bus Angelis: si huiusmodi quæstio quærat de
influentia diuina, per quam sumus a Deo bea
ti, quia talis influentia esse non potest sine col-
latione gratiæ consumatæ vel sine collatione
glorię, secundum quam Deus per seipsum nos
beatificat & glorificat, patet quæstionem nul-
D lam esse: quia Deus per seipsum quemlibet An-
gelum & quamlibet animam glorificat & bea-
tificat. Non ergo quantum ad huiusmodi
influentiam & beatificationem bea-
tificat Angelos inferio-
res per supe-
riores,
sed quemlibet Angelum tam infe-
riorem quàm superiorem:
& etiam quamlibet ani-
mam beatificat per
seipsum.

Cap.

Cap. 11. Quòd licet Angeli fuerint beati uidendo et diligendo Deum trinum et unum: homines tamē nunq̃ fuerunt beati in re, licet fuerint beati in spe, non uidendo deitatem & humanitatem Christi.



Ostquā declarauimus quid tenendū sit de influentia, quā facit Deus in angelos ſm quā sūt beati, quia Deus beatificat angelos omnes tām superiores q̃ inferiores, & etiam animas omnes imediate per seipsum: volumus declarare quid dicendū sit de influentia vel impetu quē facit Deus in angelos, vel ſm quē Deus reuelat angelis quæ spectant ad regimen vniuersi. Sed anteq̃ hoc fiat, quia quidam circa beatitudinem errauerunt, dicentes ꝙ non oportet ad hoc ꝙ aliqui sint beati, ꝙ videant personarū trinitatem: sed sufficit ꝙ videant essentię vnitatē. Sed hoc stare nō potest: nam visio succedet fidei, iuxta illud Psal. Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri. Ea ergo quę nūc per fidem audimus (quia vt dicit ad Rom. 10. Fides est ex auditu) in ciuitate dei nostri, idest in patria videbimus & dicemus illud Psalmi, Sicut audiuimus in uia, sic vidimus & videmus in patria. Consuetudo.n. est scripturæ sacræ, sæpe ponere præteritum pro pręsenti, vel etiam pro futuro, ad notandū stabilitatē & firmitatem eorum, quæ dicūtur in sacra scriptura. Nam sicut quod factū pro infacto haberi non potest, qa tanta est immutabilitas rei factę vel rei præteritæ, quòd etiā ab ipso Deo negamus non posse facere, facta non esse facta, vel præterita nō esse
6. Eth.c.2 præterita, iuxta illud quod dicitur in Ethicis de Agatone, Hoc.n. solo Deus priuatur, ingenita facere, quæ vtiq̃ facta sunt. Ad hanc ergo stabilitatem & immutabilitatē insinuandā, quod potuit dici in præsenti, quia cum erimus in patria dicemus, Sicut audiuimus in via de vnitate essentiæ & trinitate personarum, sic videmus in patria: scriptura tamē sacra posuit in præterito qđ ibi dici poterit in præsenti, Sicut audiuimus, sic vidimus) tamē verè ibi dici poterit, sic videmus. Redeamus ergo ad propositum, & dicamus ꝙ fidei viæ succedet visio patriæ, quæ visio erit tota merces, vt potest patere per Aug. 1. de Trin. cap. 8. et. 9 Quod non sic intelligendū est, ꝙ visio sit tota merces prout est separata ab amore & delectatione: nam videre quod nō diligitur, vel quod nō delectat magis esset ad pœnā q̃ ad gaudium, & magis esset miseria q̃ beatitudo. Cōcedimus enim (& semper hæc positio nobis placuit) ꝙ Beatitudo nostra principalius consistit in amore & delectatione quæ est actus voluntatis, q̃ in cognitione & visione, quæ est actus intellectus. In vtroq̃.n. cōsistit Beatitudo nostra tam in actu intellectus, q̃ in actu voluntatis: sed principalius consistit in amore qui est actus voluntaris: q̃ in visione quæ est actus intellectus. Beatitudo.

Consueuit.n. dici in vulgari nostro, cum quis videt quod nō diligit, forte odit & sibi displicet, ꝙ oculos habeat, quando videt illud. Vnde qa impossibile est ꝙ aliquis videat tantum bonum quantū est Deus, & non diligat illud vel nō delectetur in illo, vbi nihil est non amabile, & nō delectabile: ideo dicit Aug. in locis præassignatis, ꝙ visio est tota merces, accipiendo visionem, vt includit dilectionē & delectationē. His itaq̃ prælibatis ꝙ fidei succedet visio, cum sint articuli fidei, non solum de Deo vno in essentia, sed de Deo trino in personis, visio nostra beata in patria succedens fidei in via, non solum erit de Deo vno in essentia, sed de Deo trino in personis. Vtrunq̃ ergo videbimus clare & apertē Deum vnū essentialiter, & trinum personaliter. Immo hæc visio non sufficiet ad beatitudinem, sicut non sufficit ad fidem credere Deum vnum & trinum, nisi credamus ipsum incarnatū quantum ad personā filii, quia sola ꝑsona filii est incarnata. Nam licet tota Trinitas induerit filiū carne, quia Pater & Spiritussanctus induerunt filium carne, & filius induit seipsum carne: ꝓpter quod licet fuerint tres induentes: vna tamen sola ꝑsona est inducta carne, iuxta illud Symboli Athanasii, Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad ęternam salutem, vt incarnationem quoq̃ Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Non ergo sufficit credere Deum vnum & trinum, nisi credamus Dei filium incarnatū, passum, mortuū, sepultū, & resurrexisse: quæ omnia, Dominus Ioan. 17. volens tractare de nostra vita æterna, quæ est beatitudo nostra, tangit, cum ait, Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deū, & quem misisti Iesum Christū. In quibus verbis vt per Augustinum patet super Ioannē, & habetur in Glosis cōmunibus, oportet ꝙ intelligatur spiritus sanctus, qui est charitas substātialis amborum. s. patris & filii: tota ergo Trinitas, Pater, Filius, & Spiritussanctus, est solus & vnus Deus, vt exponit Augustinus ibidem. Sed contra omnia hæc dici posset: quia videtur ꝙ visio vnius ꝑsonæ sufficiat ad Beatitudinē, iuxta illud Ioannis 14. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Sed hoc satis est solutum per verba ipsius Christi respondentis Philippo, dicenti, Ostēde nobis Patrem etc. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Nam quantum ad deitatē non potest vna persona videri sine alia: sicut nō potest vna ꝑsona operari sine alia. Nam cum omnes tres personæ habeant vnam & eandē essentiam, habet vnam & eandem virtutem, & vnam & eandem operationem: igitur propter vnitatem essentiæ

non videtur vna persona sine alia. Immo quia
relatiua sunt simul natura.i.naturali intelligen-
tia,non solum propter vnitatem essentiæ nō vi-
detur vna psona sine alia, quia Quod quid est,
est obiectū intellectus : sed ēt ppter oppositio-
nem relatiuam nō videtur vel non intelligitur
vna psona sine alia. cum selatiué opposita,sint
simul natura. Rursus etiam obiici posset, quòd
cum deitas sit principale obiectum beatitudinis,
videtur ꝙ humanitas non pertineat ad huius-
modi obiectum. Ad quod dici potest, ꝙ etsi hu
manitas non est obiectum principale beatitudi
nis nostræ,est tñ obiectum annexum, sine quo
non pōt esse beatitudo nostra. Nam vsq; ad pas
sionē Christi,quotquot obierunt de sanctis Pa
tribus, non fuerunt beati in re, quia non vide-
bant Deum:sed fuerunt beati in spe,quia habe-
bant firmam spem videndi Deū. Propter quod
decedentes ante passionē Christi, si quid habe-
bant purgandū, ibant ad Purgatorium: postq̄
erant purgati ibant ad sinum Habraæ, idest ad
Limbum sanctorum Patrum. Nam,vt cōmuni-
ter dicitur, ordo conuersus fuit in Adam, & in
nobis: nam ibi persona infecta infecit naturam:
in nobis autem natura infecta infecit personā.
Et ideo non possumus videre Deum ,nisi sit sa-
tisfactum pro vtraq; infectione,naturæ.s.& pso
næ. Cū autem omnis natura generabilis et cor
ruptibilis,vt apparet in natura humana, quan-
C tum est de se quodammodo sit infinita saltē po
tentia,quia de se est multiplicabilis in infinitum,
licet non possit esse actu multiplicata in infini-
tum:& cum solus Deus sit quid infinitum, non
poterit pso tota natura nostra satisfacere , nisi
Deus. Nam s̄m Augustinum lib. 12 .de Trin.c.
10. *Si* alius modus fuit possibilis, nostræ tamen
sanandę miseriæ nullus fuit congruētior. Vsq;
ergo ad diem passionis Christi, q fuit mortuus
pro salute nostra, non fuit satisfactum sufficien
ter pro natura nostra: eo autem mortuo , aper
ta fuit ianua cęlestis; & omnes, qui erant in Lim
bo sanctorum Patrum , viderūt Deum: & ideo
dictum fuit Latroni, Hodie mecum eris in Para
diso: quia eodem die , quo mortuus fuit Chri-
stus,mortuo latrone,anima eius vidit Deum. In
D vtroq; ergo stabit beatitudo nostra , in visione
Deitatis, & Humanitatis Christi, licet principa-
lius sit in visione Deitatis. In visione tamen hu-
manitatis & si nō erit simpliciter,erit saltem tan-
q̄ in illo sine quo non contingit nostra beatitu
do: cum ante incarnationē Christi, & ante eius
passionem & mortem, nullus purus homo fue-
rit beatus. De hoc ergo poterit exponi quod di
citur Ioan. 10. Ego sum ostium, per me si quis
introierit saluabitur: ingredietur, videndo Dei-
tatem: & egredietur, videndo humanitatem : &
pascua inueniet, quia vtrobiq; erit gaudium , &
delectatio nostra. Sciendū tamē ꝙ ante resurre
ctionem Christi, sancti in Limbo viderunt hu-
manitatem Christi saltem quantum ad animam

A illuc descendētem: sed post resurrectionē Chri
sti, viderunt humanitatem s̄m seipsam, & quan-
tum ad totum. Concludamus ergo & dicamus
ꝙ aliqua sunt, quę oēs beati vident , videlicet,
vnitatem essentiæ , trinitatem personarū, & hu-
manitatem Christi, sine qua & si fuit Beatitudo
Angelorum, non tamē fuit beatitudo hominū.
Quantum ergo ad vnitatem essentię & trinita-
tem personarū , quilibet, tam angelus, q̄ homo,
est beatus ab ipso Deo per ipsum Deum , & in
ipso Deo per seipsum. Sed quantum ad regimē
Vniuersi propter salutem electorum, non solū
ordo superior angelorum illuminat ordinem
inferiorem , sed etiam in vno & eodem ordine
angelus superior illuminat inferiorem. Nā cum
B legitur ꝙ Seraphim clamabant alter ad alterū, *Isa.6.*
potest exponi ille clamor de eo quod petebat
doceri alter ab altero. Quantū ad hoc ergo po
test adaptari quæstio proposita, videlicet, Vtrū
angeli inferiores & quilibet eorum recipiat ali-
quam influentiam specialem etcę. quæ quæstio
in sequenti capitulo poterit determinari.

C *Cap. III. Quòd licet Deus beatificat omnes ange*
los et homines immediatè per seipsum, tamē
quantum ad ea quæ spectant ad regi
men uniuersi illuminat & do
cet medios angelos per
supremos: et inferio
res per medios.



Vm quęsitum sit de in-
fluentia siue de illumina
tione inferiorum ange-
lorum per superiores;
ideo ad euidentiā quæ-
stionis propositæ scien
dum ꝙ super illo verbo
bo 1. ad Corinth . 15.
Deinde finis: cum tradi
derit regnum Deo & Patri; & euacuauerit om
nem principatum & potestatem & virtutē etcę.
Vult glosa ꝙ dum durat mundus, angeli ange-
D lis, dęmones dęmonibus, & homines homini-
bus præsunt ad vtilitatem viuentium, vel ad de-
ceptionem: sed omnibus collectis, cessabit om-
nis prælatio , quia non erit amplius necessaria.
In consumatione quidē seculi, quando perfe-
ctus erit numerus electorum, cessabunt omnes
huiusmodi illuminationes , s̄m quas inferiores
angeli docētur a superioribus de regimine vni-
uersi, vt hęreditatem capiant electi . Ideo dr̄ ad
Heb. 1. ꝙ omnes sunt administratorii spiritus, in
ministerium missi ppter eos qui hęreditatem ca
piunt salutis, idest, propter electos . Aduerten
dum ergo ꝙ in angelis est duplex missio, ad ex-
teriora & interiora: quod satis potest haberi p
id quod dicit̄ Isa.6 . Et volauit ad me vnus de Se
raphim, & in manu eius calculus, quem forcipe
tulerar

tulerat de altari etcęt. Constat autē ꝙ non fuit de ordine Seraphim angelus missus ad Isaiam: quia tota prima Hierarchia continens tres ordines, quorum supremus est Seraphim, est in vestibulis Dei ſm Dionysium. Nullus ergo illorū ordinum mittitur ad hæc exteriora. Ideo ſm Diony. 8. de angelica Hierarchia, ille angelus fuit de inferioribus ordinibus, quia soli inferiores ordines mittuntur, non superiores: vel saltem nullus de suprema hierarchia mittit̃ ad hęc exteriora. Dictus autem est Seraphim ille angelus missus, non ratione ordinis, quia de inferioribus erat: sed ratione administrationis, idest ratione officii. Nam Seraphim interpretant̃ incēdentes, idest, igniti, quia toti ardent amore charitatis. Ille ergo angelus missus ad Isaiam, q̃ forcipe accepit calculum de altari, idest, lapillū, qui calculus vel qui lapillus erat ardēs & ignitus de igne qui erat in thuribulo illius altaris, & cū illo calculo ignito tetigit labia Isaiæ, & incendit, & combussit ea, & hoc modo purgauit labia eius: ꝓpter huiusmodi incendium & adustionē dictus est Seraphim, idest incendes. Ergo ſcdm Diony. non omnes angeli, sed soli inferiores mittuntur. Sed quia apostolus dicit ad Heb. 1. ꝙ omnes angeli sūt administratorii spiritus, in ministerium missi ꝓpter eos, qui hæreditatē capiēt salutis, idest, ꝓpter electorū salutem: ideo, vt diximus, oportet nos distinguere de missione, vt dicamus ꝙ omnes angeli mittuntur vel ad interiora, & sic mittūtur quantūcunq; supremi: vel ad exteriora, & sic mittuntur soli inferiores. Nā & personæ diuinæ dicuntur mitti. Solus. n. pater ſm Augustinum nō dicitur missus, quia nō est ab alio: filius autem & spiritussanctus dicunē missi visibiliter, & inuisibiliter. Filius. n. missus est visibiliter in carnem, cum factus est homo. Et spiritussanctus missus est visibiliter in specie flatus, cum Christus insufflauit in discipulos suos, dicens, Accipite spiritum sanctū. Et in specie columbæ, cum a Ioanne Christus baptizabat̃. Et in specie ignis, in die Pentecostes. Et sicut vtrinq; tam spiritussanctus, q̃ filius, missi sunt visibiliter: sic vtrinq; mittūtur cotidie inuisibiliter. Nā filius mittitur inuisibiliter ad illuminandum intellectum, spiritussanctus ad inflamandum affectū. Sed cum mittuntur personæ diuinæ, non mittuntur vbi non erant, sed qualiter nō erant, nō mutando loci situm, sed supplendo nostræ naturæ defectum, vt Beda dicit. Hoc ergo modo possumus intelligere, quomodo mittuntur angeli quantūcunq; superiores. Nam cum angeli superiores illuminant inferiores, dicuntur mitti ad illos, quos illuminant de gubernatione mūdi, & de regimine vniuersi. Cum ergo quęritur, Vtrum angeli inferiores & quilibet eorum recipiat aliquam influentiam specialem a Deo præter influentiam, quam recipit mediantibus superioribus angelis. Dici potest ꝙ si loquamur de influentia per quam fit homo vel angelus beatus, illam causat in nobis per seipsum immediate solus Deus. Sed si loquamur de influētia illuminationis quantum ad regimen vniuersi, quia illam causat Deus in angelos inferiores mediantibus superioribus, iuxta illud Diony. 4. de ang. hierar. dicentis, Tanq̃ diuino legali ordine ꝓmulgato per prima secunda in Deum reduci. Et idem ibidem cap. 8. dicit, Hoc est. n. omnino diuino ordine diuinitus promulgatum per prima secunda participare diuinis illuminationibus. Est ergo ordo & lex diuinitatis infima per media in suprema reducere. Quilibet. n. angelus videndo Deum, & diligendo Deum est beatus immediate per Deum. Sed licet quilibet angelus videat Deum tanq̃ quoddā speculum, nō tamen quilibet videt in illo speculo omnia quæ relucent in ipso: sed continue quandiu durabit mundus, Deus reuelat angelis superioribus ea quæ disposuit facere in vniuerso pro salute electorum. Et ibi est tantus ordo, & tāta armonia, vt illuminationes de regimine vniuersi fiant in angelos medios per superiores, & perueniant huiusmodi illuminationes vsq; ad inferiores ꝑ medios. Et non solum ſm huiusmodi illuminationes ordo superior illuminat inferiorem, sed etiam in vno & eodē ordine angelus superior illuminat inferiorem; quia legitur ipsos Seraphim clamare alterum ad alterum, qui clamor non est aliud nisi ꝙ vnus petit doceri & illuminari ab altero. Verū quia non vī quęstio adhuc esse soluta, cum quærat, Vtrū aliquam influentiam recipiant angeli inferiores immediate a Deo, pręter illam, quā recipiunt mediantibus superioribus angelis; quod si dicatur ꝙ recipiūt huiusmodi influentiam, per quam fiunt beati immediate a Deo omnes angeli, qa Deus omnes beatificat immediate per seipsum; adhuc remanetet quæstio de illuminatione quantū ad regimen vniuersi, Vtrum quantū ad hmōi regimē Deus immediate illuminet inferiores angelos ꝑ seipm. Ad qđ dici pōt, ꝙ sicut est vnus magister in cathedra, qui loquitur & mouet aures oīum discipulorum; sic vnus est Deus magister in cęlis, qui facit impetum & mouet intellectum omnium angelorū. Et sicut aliqua sunt in doctrina magistri sic conuenientia & leuia, quod ea omnes capiunt, aliqua vero quæ soli perspicaciores capiunt: & de illis perspicaciores docent & illuminant minus perspicaces. Sic Deus stabilis in se manens dat cuncta moueri, & mouet & facit impetū de isto regimine vniuersi, quomodo vult ꝙ vniuersum regatur & gubernetur: & per huiusmodi motum & impetum aliqua sunt quæ omnes angeli percipiunt; aliqua vero quę soli perspicaciores percipiūt: & de illis qui sunt perspicaciores & superiores illuminant inferiores & minus perspicaces. Vnde Diony. 4. de diuinis nominibus, Deum assimilat soli: quia sicut sol illuminat oīa; tñ q habent oculos magis claros, magis percipiunt lumen solis; & per mōi lu

men vident multa, quę non vident alii. Sic & in propoſito, vt hoc modo per dictum modum quæſtio ſit ſoluta prout tangit eccleſiam triumphantem. Aduertendum tamen ℘ prout præfata quæſtio erat prægnans, & prout per eã poterat deſcendi ad eccleſiã militantem quantũ ad exẽptionem, per quam ſit magis immediatum, quod nõ erat ſic immediatum. Nam ſemp ſummus Pontifex intelligitur eſſe ordinarius vbiq;, & poſſe ad ſe reſeruare ordinariam & immediatam cognitionem cuiuſlibet eccleſiæ. Hoc tamẽ non obſtante, quilibet Prælatus in Dioeceſi habet cognoſcere cauſas illius Dioeceſis, & eſt ordinarius in tota ſua Dioeceſi: quod ideo cõtin A git, quia Prælati ſunt aſſumpti in partem ſolicitudinis: ſed ſummus Pontifex aſſumptus eſt in totalem plenitudinem poteſtatis. Et quia totum ſtat ſimul cum parte, ideo ſimul ſtat immediata iuriſdictio etiã ordinaria ſummi Pontificis cum ordinaria iuriſdictione cuiuſcunq; Prælati. Et quia exemptio hoc tollit, & priuat iuriſdictionem mediam Prælatorum, ideo quædam inordinatio dici poteſt: quia facit de iure Prælatorum non ius. Sed quia de hac materia plenius diximus in quodam libello, quem fecimus contra exemptos, ideo in hoc tractatu hanc materiam poſſumus ſilentio præterire.

FINIS.



D. AEGIDII COLVMNII

Romani, Bituricensis Archiepiscopi, et Aquitaniæ Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, doctoris clarissimi,

TRACTATVS DE LAVDIBVS Diuinæ Sapientiæ.

Super Psal. XLIIII. Eructauit cor meum uerbũ bonum, dico ego opera mea Regi: lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis, et cæt.



Cap. I. *In quo ostenditur quæ & quot sunt tractanda in hoc opere, & qui sit ordo dicendorum.*



INTER multas, et varias occupationes nostras requisiti à vobis de q̃onibus quibusdã, decreuimus pro modulo nostræ scientiæ, vestræ piæ petitiõi parêre. Quęrebantur.n. in septenario numero propositæ q̃ones, videlicet, Qualiter est credendum. Qualiter sperãdum. Qualiter confitẽdum, & de peccatis pęnitendũ. Qualiter debemus Deum diligere. Quomodo debemus eum timere, ac sibi obedire. Qualiter pro susceptis bñficiis debeamus sibi gratias agere. Et vltimo, qualiter debemus sibi seruire. Post has quęstiones quęrebatis specialiter de expositione auctoritatis præpositę, quomodo intelligendum sit (Eructauit cor meum uerbum bonum etcę.)
D & de Donis Spiritussancti. Ad hæc autem omnia intelligenda, & declaranda, cum Dionysio, circa principium Ecclesiasticę hierarchiæ, Iesum inuocemus omnium hierarchiarũ principium, & perfectionem, ipsiusq; adiutoriũ postulanres & supponentes. Dicamus in nobis duos esse motores cõtrarios, sensum. s. & rationem, (vt sapiẽtes Philosophi protulerunt, put est in tertio de Anima declaratũ.) Quam veritatem Paulus ad Rom. septimo lucidius narrat, cum ait. Video aliam legem in membris meis repugnanıem legi mentis meę. Ratio igitur, quę est lex mentis, tanq̃ motor, & incitator bonus deprecatur ad optima: sensualitas aũt, & lex membrorum ad opposita nititur inclina-
A re, iuxta id quod dicit Gen. 8. Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua. Prętermissa itaq; sensualitate siue lege membrorũ, quæ inclinat ad malum, de ratione agendũ est, quæ inclinat ad bonum. Verum, quia hic intendimus agere de salute nostra, quæ supra naturam est, ad quam adipiscendam, ratio non põt sufficere, oportet præter rationem mouentem, dare motorem diuinum, vt hoc modo salutem nostram, & hęreditarẽ illam æternam adipiscamur, tanquàm moti a Deo, & tanquàm filii Dei: quia qui spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt, & si filii, & hæredes. Ro. 8. Et quia vtrũq; motorẽ bonum dicere debemus, rationem. s. tanq̃ Deo
B seruientem, & etiam ipsum Deum tanq̃ principantem, duo genera habituum in nobis ponẽda esse, cõmunis locutio atq; opinio protestat̃: videlicet, Virtutes, vt vires animæ obediant rationi mouenti: & Dona, vt omnes potentię animæ Deo mouenti atq; impellenti obtẽperent. In his ergo quæ agenda sunt, magis ad impulsum diuinum debemus recurrere, (quod fit per donum eius) q̃ ad rationem. Quod fit claré, & manifesté ex eo, q̃ etiam Philosophus in de bona fortuna, loquens de hominibus qui mouentur ex diuino impulsu, ait, q̃ consiliari nõ expedit ipsis, habent. n. principium tale, quod est melius intellectu & consilio. Spiritus itaq; sancti impulsui innitentes, in hoc tractatu hoc ordine procedemus. Quia primo exponemus au-
C ctoritatem propositam, cuius expositio vltimo quærebatur: quia in ea sunt septem cõditiones laudabiles, siue septem laudes Diuinæ sapiẽtiæ, quas adaptabimus ad septẽ dona, ex quibus soluemus septem propositas quęstiones.

Cap. II. *In quo ostenditur, q̃ septem sunt laudes Diuinæ sapientiæ, & adaptantur ad expositionem huius auctoritatis. Eructauit cor meum etcæt.*



D PRæmisso ordine dicendorũ, volumus primo agere de septẽ laudibus diuinæ sapientiæ, & eas adaptare ad expositionem auctoritatis prædictæ; & per hoc, distinguere septem dona. & soluere septem propositas quæstiones. Sciendum ergo q̃ diuina sapientia primo est plena, & copiosa: Secũdo est alta, & p̃funda: Tertio est recta, & vera: Quarto est bona, & sancta: Quinto est omnibus propinqua: Sexto est fęcunda: Septimo est efficax, & prompta. Si igitur volumus propositas quęstiones soluere, oportet nos aliquid de Diuina sapientia gustare & participare, & omnes has bonas conditiones debemus in illa alta sapiẽtia recognoscere, vt possimus de diuinis donis aliqua percipere, & omnes præfatas quæstiones soluere. Dicemus quidem præfata septem, in au

ctoritate præpofita per ordinem denotari,vt.f. A Plenitudo,& Copiofitas diuinæ fapientiæ notentur,quum dicitur *Eructauit*. Altitudo,& Profunditas, quum fubditur. *Cor meum*. Rectitudo,& Veritas quum fubiungitur. *Verbum*. Bonitas & Sanctitas,quum additur *Bonum*. Ad omnia propinquitas,quum fequitur. *Dico ego*. Fęcunditas,quum annectitur *Opera mea regi*. Efficacitas,quum vltimo fequitur, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Secundum quidem hęc feptem, fumuntur feptem gradus fapientiæ,vt in profequendo patebit. Primo ergo defcribitur illius diuinæ fapientiæ abũdantia & copiofitas quum dicitur *Eructauit*. Sic.n.cor prophetæ repletum erat fapientia illa diuina,vt quafi eã eru B ctare compelleretur,ficut vas nimis plenum cõpellitur eructare de eo quo eft fic repletũ. Vnde & glofa exponens hoc,ait, Eructauit quidẽ de pleno,quia mens prophetę,(vt ibidem dicit) intus plena erat,ideo eructabat. Nec mirum fi fic mentem pphetæ replebat,vt eam quafi eructare compelleretur, quia thefauri diuinę fapientiæ, atque fcientię a nullo compræhendi poffunt, fed omnia replent. Secundo, iftius diuinæ fapientiæ defcribitur altitudo & profunditas,quum dicitur. *Cor meum*. Quod enim profertur ex ore, videtur quafi ex fuperficie proferri: fed quod procedit ex corde. ex intimo & profundo videtur procedere. Hæc.n. eft tam alta pfunditas,vt nullus eam poffit ex C plicare fermone. Tertio circa huiufmodi fapiẽtiam defcribitur rectitudo, & veritas,quum dicitur. *Verbum*. Eft.n.verbum,quafi verũ boans, fiue dicens. Nomine.n.verbi.intelligimus aliqđ verum,& perfectum. Propter quod Auguft. 15.lib.de Trinita.cap.16. Volens a Deo oẽm imperfectionẽ excludere,dicebat,quòd in Deo non eft cogitatio,fed verbũ. Sapientia.n.diuina quæ falli non põt,nec aliquam imperfectionẽ habet, ideo nomine (*Verbi*) exprimitur: vt & ipfe Dei filius, cui appropriat diuina fapientia, verbum proprié nuncupetur. Inde eft etiam, ꝙ ratione huius perfectionis,& veritatis, Scriptura facra diuina fapientia nuncupatur, quia eft diuina fapiẽtia exẽplata,quę rõne talis veritatis cõtę D tæ,tantam auctoritatem habere dicitur,vt Auguftinus fecundo fuper Gen.dicat,ꝙ maior eft auctoritas huius fcripturæ, ꝙ̃ omnis humani ingenii capacitas. Quarto circa diuinam fapientiam defcribitur Bonitas, atque fanctitas,quum fubinfertur. *Bonum*. Verbum.n.quod eructare volebat propheta de diuina fapientia.non erat verbum quodcunq;,fed bonum & fanctum,vt de eo verificatur,qđ dicit, tertio Reg. 17. Verbum domini in ore tuo, verum eft. Huiufmodi autem verbum eft id in quo viuit homo fecũdum animam:quod non effet,nifi effet bonũ & fanctum,iuxta illud Deut.8. & Mat.4. Non in folo pane viuit homo,fed in omni verbo,quod egreditur de ore Dei. Quinto circa diuinam fapientiam defcribitur propinquitas quãtum ad omnia,quum dicitur. *Dico ego*. Nam per nũtios confueuit aliquis loqui ad remotos, fed per feipfum ad propinquos. Et quia quilibet per feipfum ad propinquos poteft dicere, quod dicit propheta,Dico opera mea regi, cuilibet diuina fapientia eft propinqua Nec mirum quia (vtdicitur Sapientiæ.8. cap.) Attingit a fine vfq; ad finem fortiter,& difponit omnia fuauiter. Sexto circa diuinam fapientiam notatur fęcunditas, quum additur *Opera mea regi*. Sicut.n. dicitur aliquid fęcundum, quãtum ad prolem quũ filios generat,fic quantum ad actus dicitur aliquid fęcundum,quum in opera progreditur. Vnde Philofophus in tertio Ethicorum vult, ꝙ nos Cap.8 ita fe habeamus ad opera noftra, ficut fe habẽt progenitores ad filios. Quum.n.diuina fapientia eos quos replet faciat in opera progredi, vt quilibet talis poffit dicere opa fua Regi, ad magnam fęcũditatem videtur pertinere. Septimo, & vltimo circa diuinam fapientiam defcribitur Potentia & efficacitas,quum fubinfertur. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Nam facere aliquem velociter pronunciare, & fine impedimento aliquo verbo eructare, ad virtutem, & efficaciam pertinet.

Cap. III. in quo oftenditur quomodo ex præfatis feptem laudibus diuinæ fapientiæ poßimus accipere feptem gradus, per quos afcenditur ad diuinam fapientiam, & ex hoc accipere feptem dona fpiritus fancti.



X his autem feptẽ laudibus pñt haberi feptẽ gradus per quos pergitur ad diuinam fapientiã, & ex hoc accipere feptem dona Spiritus fancti, vt Aug. fecũdo de doc. chriftiana videtur inuenire. Nam fi confiderauerimus diuinæ fapientiæ abundantiam,& plenitudinem, quæ prima conditio laudabilis, fiue prima laus eft, deberemus ab omnibus delectationibus carnalibus recedere:quod ad donum timoris pertinet. Vt dicamus cum propheta (ficut Auguft. ibidem narrat) confige timore tuo carnes meas. Tunc.n. carnes noftræ.i.carnales affectiones timore domini configuntur, quãdo cęteræ fenfibiles delectationes funt quafi nobis abominabiles,& folum dominicæ funt nobis delectabiles. Hoc autem debet facere Abundantia, & Plenitudo diuinæ fapientiæ, ꝙ folũ in ea delectari debemus. Nam vt dicitur Ecclefiaftes fecũdo, Tantũ præcedit fapientia ftultitiam, quantum differt lux a tenebris. Cap.7

tenebris. Habet ergo sapientia rationem lucis. Si ergo dulce est lumen istud corporale: & delectabile est oculis videre Solem: (vt dicitur Ecclesiastes. xi.) multo magis est delectabile lumẽ sapiẽtiæ, quia est inextinguibile. Iuxta illud sap. 7. Diligite sapientiam quoniam inextinguibile est lumen illius. Et si delectabile est considerare de lumine sapientiæ creatæ, multo magis incõparabiliter est delectabile considerare de lumine illius sapientiæ increatæ. Tanta ergo, & talis debet esse delectatio, quum cõsiderauerimus plenitudinem diuinæ sapientiæ, quòd die, noctéq; nõ deberemus de hoc posse satiari, sed deberemus propter talem delectationem omnes alias delectationes sensibiles spernere. Plenitudo itaq; diuinæ sapiẽtiæ debet nos inducere vt delectationes sensibiles fugiamus, quod pertinet ad donum timoris. Secũda autem conditio laudabilis, siue secunda laus, videlicet, altitudo illius diuinæ sapientiæ, debet nos inducere vt mites simus, quod pertinet ad donum pietatis. Ex hoc. n. quis se humiliat, & mitis efficitur, quũ considerat infirmitatem suam, & sublimitatẽ alterius. Propter quod si considerauerimus quãta sit altitudo, & sublimitas diuinæ sapientiæ, et quanta est imbecillitas, & infirmitas intellectus nostri, quia in genere intelligibilium, est sicut materia prima in genere entium, nihil reputabimus nos esse, & quasi iumenta intellectu carentia, dicemusq; ad ipsum dominum, Vt iumẽtum factus sum apud te, & ad nihilum redactus sum. Huiusmodi autẽ altitudo diuinæ sapientiæ potissimè debet nos facere humiles, & mites: quod pertinet ad donum pietatis. Nam fm August. secundo de doct. christiana cap. 7. Sicut delectationes fugere, pertinet ad timorem, sic mitescere pertinet ad pietatem. Facit. n. donum timoris in nobis, ꝙ bene nos habeamus circa delectabilia sensibilia, ea detestãdo & fugiendo. Sic & donum pietatis (large accipiendo pietatem) facit in nobis, ꝙ bene nos habeamus circa alias personas, eis debitam reuerentiam exhibendo. Quod potissimè fit si simus mites, & humiles. Tertia autem laudabilis conditio illius diuinæ sapiẽtiæ est rectitudo, & veritas, quæ debet nos inducere ad studiositatem. Quilibet. n. debet esse intentus & studiosus circa ea, quæ scit recta esse & vera, per quæ potissimè habetur donum scientię, est enim scientia de humanis, de diuinis verò sapientia. Nã bene sentire, vel iudicare de humanis, pertinet ad scientiam: de Diuinis autem ad sapientiam. Et quia nullus bene põt iudicare de aliquibus nisi sit intentus, sedulus, & studiosus, dicere possumus cum Aug. secundo de doctr. christ. ꝙ sicut delectationes fugere pertinet ad timorem, mites esse, ad pietatem, sic studiosos esse ad scientiam: nam bene iudicare de humanis (quod pertinet ad donum scientiæ) non possumus sine studiositate. Quarta quidẽ laus, siue quarta conditio laudabilis diuinæ sa-

A pientię est eius Bonitas, per quam debemus in duci, ne in aduersitatibus frangamur, quod pertinet ad donum fortitudinis. Nam (secundum Apostolũ secunda Cor. 4.) Id. n. quod in præsenti est momẽtaneum, & leue tribulationis nostrę: supra modum in sublimitate ęternum gloriç pondus operatur in nobis, non cõtemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videnẽ. Quæ. n. videntur, temporalia sunt: quæ autem non vidẽtur ęterna sunt. Diuina enim bonitas & illa gloriæ sublimitas, id esse bonum ostendit nobis, quod oportet nos facere, & tribulatiões superare. Quinta laudabilis conditio diuinę sapientiæ, est, ad nos propinquitas. Nam sicut diuina sapiẽtia, & diuina virtus est intra omnia nõ

B inclusa, & extra omnia non exclusa: sic est altissima nõ separata, & proxima, ac propinquissima non contracta. Huiusmodi autem propinquitas debet nos inducere ad amorem, & dilectionem diuinorum, siue ęternorum: quod (fm August. secundo de doct. christ. cap. 7.) spectat ad donum consilii. Sexta autem laus, seu laudabilis conditio diuinæ sapientiæ, est eius fęcunditas. Quia, vt dicitur in lib. sapientiæ cap. 7. omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Est. n. diuina sapientia immobilis, & mobilis: immobilis in se, mobilis in effectibus: quia ad oẽs effectus pertingit. Et quantum ad plures pertingit, tanto secundum hunc modũ dicitur esse mobilior & fęcundior. Ex huiusmodi autem fęcunditate

C debemus induci ad mentis puritatẽ, quod pertinet ad donum intellectus. Nam quanto purior est oculus mentis, tanto magis fęcũdatur in cognitione sapiẽtiæ. Septima autem & vltima laus superius tacta de diuina sapientia, est eius efficacitas, & virtuositas, quæ debet nos inducere ad mentis tranquillitatem. Nam in eo, qui est oĩum artifex, omnem habens virtutem, debemus tranquilli, & pacifici permanere, quod pertinet ad donum sapientiæ. Vnde August. secundo de doctr. christ. ait, Talis filius ascendit ad sapientiam, quę vltima, & septima est, qua placatus trãquillusq; perfruitur.

D

Cap. IIII. Vbi clarè agitur de sufficientia donorum, & ubi clarius ostenditur, quomodo secundum præassignatos septem gradus, accipiuntur septem dona.



D pleniorẽ autem intelligentiam prædictorũ, & vt hæc omnia clarius videantur, dicimus septẽ dona Spiritus sancti sic dẽre accipi. Quia quædam pertinent ad perfectionem partis intellectiuæ: quędam aũt ad perfectionẽ partis appetitiuæ. Ad perfectio-

E

nem autem partis intellectiuę (quãtum ad præsens spectat) quatuor pertinent, videlicet, veritatem appræhendere, secundum apprehensionem factam bene iudicare de rebus humanis siue de rebus creatis, & bene iudicare de rebus diuinis, & secundum omnia hæc, in suas actiones, & in sua opera rectè dirigi. Bene autem apprehendere pertinet ad donum intellectus. bene iudicare de humanis, ad donum scientię: bene autem iudicare de diuinis ad donum sapientię: secundum hæc autem bene in operationes dirigi ad donum consilii. Ad partem autem appetitiuam (quantum ad pręsens spectat) pertinent tria, videlicet, delectationes carnales fugere, quod fit per donum timoris: In aduersis nõ frangi, quod fit per donum fortitudinis: ad alios debitè se habere, quod fit per donum pietatis. His autem sic assignatis, fit sufficientia donorum. Talis tamen est ordo (vt innuit Aug. in verbis pręassignatis) quia Primo debemus delectationes carnales fugere. Secundo debemus esse humiles, non nobis intendere. sed mitescere. Tertio debemus attendere & studiosi esse. Quarto in aduersis nõ debemus frangi. Quinto ad delectationem æternorum debemus nos conuertere. Sexto oculum mẽtis debemus omnino purgatum habere Non enim statim quũ delectationes carnales fugimus, ex hoc omnino purgati sumus, quia adhuc possunt remanere aliquę reliquię peccatorum. Cum.n. vinum remotum est a vase, adhuc remanet odor vini in vase. Et quũ febris recessit ab ęgroto, adhuc remanent reliquiæ morbi. Ita quum aliquis recessit a peccatis, adhuc remanent incentiua ad peccandum, a quibus purgamur per dilectionẽ æternorũ, quia quãto magis æterna diligimus, ad peccandum minus incitamur. Septimo, & vltimo ex his omnibus sumus mente tranquilli.

Per quæ septem, colliguntur septem dona, Vt per delectationes carnales fugere, habeatur donum timoris: per mites esse, donum pietatis: per esse sedulos, donum scientię: per non frangi in aduersis, donum fortitudinis: per ęterna diligere, donum consilii: per purgatos oculos mentis habere, donum intellectus: per esse mente tranquillos, donum sapientiæ. Quia ergo non põt quis deuenire ad donum sapientię, & esse in mẽte tranquillus, nisi prius carnalia fugiat, quod est initium omnium aliorum, quod pertinet ad timorem: ex isto initio, scilicet, carnalia fugiendo, peruenitur, vt quis seipsum cognoscat, & humilis efficiatur, & reuerentiam exhibeat debitam aliis, qnod pertinet ad pietatem. Fugiẽs autem carnalia, & iam factus humilis, & reuerens, iam non est amplius vana cogitans, sed magis est attentus, & sedulus, & incipit saltem iudicare de rebus creatis, quod pertinet ad donum scientiæ. Bene autem iudicãdo de rebus creatis, nihil appreciantur ista tẽporalia, nec frãgitur rebus aduersis, quod pertinet ad donum fortitudinis

A Quibus omnibus sic se habentibus, grauis omnia ista temporalia despicit, et inducit ad amorẽ æternorum, quod pertinet ad donum consilii, nam donum consilii est, vt bene quis dirigatur in operibus suis, quod potissimè fit per amorẽ ęternorum: quia qualis vitæ quisque est, talis finis sibi videtur, & talia operatur, & loquitur. 3. Eth. 8. Et ideo si habemus amorem carnalium, carnalia operabimur, & carnalia loquemur: quia carnales carnalia tractant. Si vero habebimus amorẽ spiritualium, tractabimus spiritualia opa, loquemur, & ea faciemus, & in nostris operibus dirigemur. Ex dilectione aũt æternorum purgabitur oculus mentis, quia præceptum domini lucidũ illuminans oculos; Psal. 18. potissimum autẽ præceptũ est de dilectione siue de charitate, per quã purgatur B oculus mentis nostræ. Nam sicut diligendo carnalia, conuertimur ad ea, & inficimur: sic, diligendo spiritualia, conuertimur ad ea, & purgamur per ipsa. Habere autẽ purgatos oculos mentis pertinet ad donum intellectus. Nam per huiusmodi donum fit quòd bene apprehendamus veritates: sicut per scientiam, & sapientiam fit quòd bene iudicemus de eis. Sicut ergo oculus carnis impurus non potest bene videre, sic oculus mentis non bene depuratus, nõ potest bene apprehendere. Ex his omnibus fit homo in mente tranquillus, quod pertinet ad donum sapiẽtiæ. Nam qui bene vult iudicare de tantis, & tam arduis rebus, (sicut sũt res diuinę,) oportet ipsum esse in mente tranquillum, & pacificũ. C Bene ergo dictum est quòd initium sapiẽtię est timor domini, quia incipimus à timore delectationes carnales fugere, vt possimus deuenire ad sapientiam, & tranquillitatem mentis.

Cap. V. *In quo est continuatio ad dicenda, & in quo ostenditur, quomodo ex prima laude diuinæ sapientiæ, uidelicet, ex plenitudine eius, scire possumus qualiter debeamus credere, et quæ, et quot sint credenda.*



Is itaq; omnibus pręlibatis, patet expositam esse auctoritatem illã, (Eructauit cor meum verbũ bonum &c.) Cuius expositio spãliter D petebatur. Ad expositionẽ ẽt illius auctoritatis adaptata sunt omnia dona spiritus sancti, de quibus aliqua scire desiderabatis. Volumns nunc (secundum illam eandem auctoritatem, & scđm illas septem laudes diuinæ sapientię) soluere omnes septem propositas quæstiones. Nam ex plenitudine diuinę sapientiæ ostendemus qualiter debeamus credere: ex eius altitudine, qualiter sperare: ex ipsius rectitudine, & veritate, qualiter debeamus de peccatis nřis pęnitere: ex eius bonitate, qualiter

liter debeamus Deum diligere: ex propinquitate eius ad nos, qualiter debeamus ipsum timere, & ei obedire: ex fęcunditate aũt eius, qualiter debemus ei gratias agere. Septimo & vltimo, ex virtuositate diuinę sapientię declarabimus, qñ debemus ei seruire. Ita φ, ex septem laudibus diuinæ sapientiæ, quas expressimus, ex auctoritate proposita Psal. 44. soluemus oẽs septẽ ptæhabitas qões. Sciendum itaq; φ potissimẽ credendum est alicui de aliquo, si plenẽ sciat de re quæsita veritatem. Et quia Deitas, & Trinitas, solum sibi nota est: per reuelationem diuinã, & per doctrinã Christi, oportet nos credere quæ credenda sunt. Ipsa itaq; plenitudo diuinę sapiẽtiæ, in qua plenẽ cognoscunt, quæ diuina sunt, sufficienter nos monet, qño debeamus credere, quia debemus credere ea, eo modo, quo reuelata sunt a diuina sapientia. Ideo Dionysius primo de diuinis nominibus dicit: De hac igitur superisubstantiali, & occulta deitate, non est audẽdum dicere, nec cogitare aliqd, præter illa, quæ nobis diuinitus ex sacris eloquiis sunt expressa. Cum ergo quærit, qualiter est credendum, vel quæ sunt credenda, breuis rñsio fieri põt. Quia omnino credendũ est, & omnia credenda sunt, put nobis diuinitus sunt expressa, siue expressa sint multifariẽ, multisq; modis, sm φ olim locutus est Deus patribus in prophetis: siue sint expressa sm φ clarẽ, & apertẽ locutus est nobis in filio, quem constituit hrẽdem vniuersorũ, per quem fecit & secula. Heb. 1. Quæ ergo & in veteri, & in nouo testamento cõtinentur, credẽda sunt. Nec alia cõtinentur hic & ibi, sed est rota in rota, iuxta visionẽ Ezec. ca. 1. Quæ. n. in veteri testõ exprimebanẽ velatẽ, & per figuram, in nouo paduntur clarẽ, & per veritatẽ. Fit autẽ duplex distinctio de credendis, vna de modo credendi, alia de articulis creditis. De modo quidem credendi distinguit: quia debemus credere Deum, Deo, & in Deum. Nã fides a Deo est efficienter: de Deo est, & Deum habet sicut obiectum: & in Deum tẽdit finalr. Prout ergo fides tendit in Deum, tanq̃ in obiectum, & terminũ: sic credimus ea quæ sunt credenda de Deo: sed prout fides a Deo est efficienter, & exẽplariter, sic credimus ipsi Deo omnia, quę pponunt nobis credenda: omnia. n. clarẽ relucent in diuina sapientia, a qua sunt deriuata & exẽplata. Ideo quę nunc audimus per fidem, in patria videbi-

Psal. 47. mus per spẽm. Tũc ergo dicemus illud Psalmi. Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate dñi. Cũ enim erimus in ciuitate dñi. i. in patria: quæ nobis nunc proponunẽ vt credenda & audienda, ibi nobis offerentur tanq̃ inspicienda, & videnda. Hoc est ergo credere Deum & Deo: credere diuina eo modo, quo inspirata sunt a Deo. Sed prout fides tendit in Deũ, finaliter: sic credimus in Deũ prout credẽdo, finalr in ipm tendimus. Hęc aũt tria adaptare possumus ad tria genera hominũ, videlicet ad Gentiles, ad Fideles

A peccatores, & ad Iustos. Gentiles quidẽ, & si credũt Deum, nõ credunt Deo, nec in Deũ. pñt. n. gentiles credere Deum, hñdo aliquam notitiã de diuinis, quia (vt dr̃ ad Roma. 1.) Quod notum est Dei, manifestum est in illis: tñ nõ ex hoc propriẽ credunt Deo: quia notitiam quam hñt de diuinis, non accipiunt a sacra scriptura, quã inspirauit Deus, sed solum ex sensibus, & p res creatas quas creauit Deus. Accipiẽdo ergo credere testimoniis sanctorum, per quos locutus est Deus: sic gentiles non credebant Deo, quia & si credebant Deũ hñdo aliquam notitiam de diuinis, non credebant Deo: quia non recipiebant testimonia sacrarum scripturarũ. Fideles aũt peccatores & si peramplius credunt Deũ,

B q̃ gentiles, quia ampliorẽ notitiam hñt q̃ ipsi: et si credũt Deo recipiendo testimonia scripturæ sanctę, tamen non credunt in Deum: quia sic credendo, non tendunt in Deum tanq̃ in finẽ: nec pponunt sibi finẽ, bonũ diuinum. Sed fideles iusti, omnia ista hñt. Et licet quantũ ad fidem possimus ista tria distinguere, vt sancti distinxerũt, formalius tñ est credere Deum. Nã si p fidẽ credimus in Deũ, & tanq̃ in obiectũ tendimus in ipm, isto mõ debemus hoc facere, sicut Deus reuelauit nobis, & sicut ipse nos docuit, per fidem: ergo hoc mõ credimus Deũ, qa credimus Deo, ea quæ de seipso locutus est nobis. Sic etiã put credimus in Deũ, debemus hoc facere, put credimus Deo, ea qua de se ipso nobis locutus

C est. Nã hoc modo debemus in Deũ finaliter rẽdere, prout ipse nos docuit. Et qa hoc est formale credẽdi credere eo mõ, quo docti sumus a Deo, bene dictũ est, φ qualiter dẽamus credere, ex plenitudine sapię debemus accipe: nam quia solus Deus plenẽ se cognoscit, & plenã habet sui notitiã: ideo sibi de seipso debemus credere. Sic ergo dicẽdũ est de modis credẽdi. Sed si fiat qõ de ipsis creditis, quę, & quot sint credẽda, dicemus, oẽs articulos fidei quos debemus Fidei art. 14. credere, ad quartũ decimũ numerũ, (sm cõem sententiã) reductos esse. Quorũ septẽ ad Diuinitatẽ ptinent, & septẽ ad humanitatẽ. Circa diuinitatẽ quidẽ est consideranda vnitas essentię: trinitas personarũ, patris, & filii, & S. S. & tri-

D plex genus opis, qđ ppriẽ solius Dei est, videlicet, creare, dãdo naturam: recreare, infundendo grãm: & glorificare, dando gloriam. Erũt ergo septẽ articuli, ad diuinitatẽ ptinẽtes. Primus de vnitate eẽntię. *Credo in vnũ deũ.* Scdus de persona pris. *Patrẽ oipotentẽ.* Tertius de psona filii. *Et in Iesũ Christũ filiũ eius.* Quartus de persona. S. S. *Credo in S. S.* Quintus de ope creationis. *Creatorem celi & terræ.* Sextus de ope recreationis. *Sanctã ecclesiã catholicã, Sctõrũ cõione, remissionẽ peccatorũ.* Septimus de ope glorificatiõis. *Carnis resurrectionẽ, vitã æternã.* Septẽ ẽt sũt ptinẽtes ad hũanitatẽ Xpi, qa prio credẽdũ ẽ, φ fuerit cõceptus de S. S. Scđo qđ natus ex Maria virgine. Tertio, φ fuerit passus, mortuus, & sepultus. Quarto, φ descẽdit ad inferna.

Quinto, credendum est ꝙ tertia die resurrexit.
Sexto, quod ascendit in cęlum. Septimo, ꝙ in-
de venturus est iudicare viuos, & mortuos. Et
qa oĩa ista reuelata sunt nobis ex plenitudine di
uinę sapiētię, bene dictum est, ꝙ ex plenitudine
illa debemus induci qualiter & quid credamus.

Cap. VI. In quo ostenditur quomodo ex secunda laude diuinæ sapientiæ, uidelicet ex altitudine eius, soluitur secũda quæstio, quomodo scire possumus quid sperandum.



Iso quomodo ex pri-
ma laude diuinæ sapiē-
tiæ, quia est sic plena, et
copiosa, potest solui
prima quæstio, Quali-
ter & qd credēdũ sit, vo
lumus nũc oñdere qua
liter ex secunda laude:
quia scilicet illa diuina
sapiētia, est ita sublimis, & alta, soluitur secũda
qõ, videlicet quid sit sperandũ. Aduertendũ er-
go, ꝙ semper spes tendit in arduũ, & in altũ, nõ
est.n. ꝓprię spes de aliquo paruo, sed de aliquo
magno, & arduo. Ideo, & si ex abundantia diui-
næ sapientiæ, aliquo mõ inducimur, vt in Deo
speremus, tñ ad id agendum maxime, & ꝓprię
inducimur, ex eius altitudine, & nobilitate.
Vtrũq; aũt debemus sperare, videlicet, ꝙ perue
niemus ad videndã illam altitudinē diuinæ sa-
pientiæ per visionē apertam, & ꝙ fruemur ex-
cellentia diuinæ bonitatis per charitatē perfe-
ctã (In quo aũt cõsistat principalius fęlicitas no
stra, An in visione illius altitudinis diuinæ sapiē
tiæ, An in dilectiõe illius excellẽtis bonitatis, ali
bi declarauimus: nec est hoc pñtis speculatiõis.
Sufficiat aũt ad pñs scire, ꝙ in vtraq; extat fęli-
citas nr̃a, & in vtrãq; sperare debemus.) Pñt aũt
assignari quinq; speciales rõnes, quare ex altitu
dine diuinæ sapientiæ inducimur, qũo, quid, &
qualiter debeamus sperare. Nã, si consideraueri
mus altitudinem illam, aperte conspiciemus, ꝙ
ad illam omnia ordinant: ꝙ ex ea, omnia pñt
refici, & reficiunt, ꝙ ab ipsa omnia conspiciunt,
quod in ea omnia continentur: quod per eã
omnia penetrant: & ipsa, omnibus illabitur. In
solo itaq; Deo debet esse spes nostra, vt non in-
Hier. 17. curramus in illud dictum propheticum. Male-
dictus homo qui confidit in homine, & ponit
carnem brachiũ suum, & a domino recedit cor
eius. Sed ecõtrario incurrimus bñdictionē, qa,
Benedictus vir qui cõfidit in dño, & erit in Deo
fiducia eius. Quod aũt in Deo debeamus confi
dere, & in eo solo ponere principalr spē nr̃am,
omnia illa quinq; quæ diximus de altitudine di
uinæ sapientiæ, peramplius nos inducunt. Nã
(vt diximus) diuina sapientia, ꝑ sui altitudinē,

A est illud ad qd omnia ordinantur: nam semper
inferiora ordinantur ad superiora. Et quia illa
sapientia in altissimis habitat, vt habet Eccle.ca.
24. ideo ad illam omnia alia ordinantur. Sicut
ergo nunq̃ quiescit intellectus, donec veniat ad
vltimã cãm de qua nõ est vlteriorē cãm quære-
re, (vt sapientes phi protulerunt) sic cor nr̃m
nunq̃ quiescit in aliquo, qd dependeat ex alio,
& quod ordinatur ad aliud, sed in eo quiescit
quod ad nihil vlterius ordinatur. Cum ergo ex
altitudine diuinæ sapientiæ, sufficienter possi-
mus arguere Deum esse super omnia, & ipsum
ad nihil aliud ordinari posse: non debemus spē
nostram ponere, nisi in eo, quod potest cor no
strum quietare, hoc autem est id, quod vlterius
B non ordinatur ad aliud: in solo ergo Deo debe
mus spem nostrã ponere, vt dicamus cum Au-
gust. 1. lib. confess. cap. 1. Ad te nos fecisti dñe,
& inquietum est cor nostrum, donec requiescat
in te. Secundo, altitudo diuinæ sapientiæ, est id
a quo omnia possunt refici, vel reficiũtur: nam
non solum Deus non est effectus alterius, nec
ordinatur in aliud, nec causatur ab alio, vt ex
hoc possit quietare cor nostrum, vt habendo
ipsum non desideremus vlterius aliquid aliud:
sed ipse sic est omnium causa, quod potest om-
nia restaurare, & reficere, si essent etiã annulla-
ta, vt ex hoc habeat cor nostrum quietare, nam
id potest quietare cor nostrum, quod potest re
ficere omnia nostra, hoc autem potest Deus so
C lus facere. Vñ si annihilati essemus, adhuc pos
set nos in idem numero reficere. In tali ergo
debemus spem nostram ponere, qui, si essemus
annullati, si essemus occisi, posset nos adhuc re
staurare, & reuiuificare, & beatificare. Ideo di-
cebat Iob cap. 13. etiam si occideris me, in ipso
sperabo. Tertio, ex altitudine diuinæ sapien-
tiæ, possumus declarare, quod ab ea omnia cõ
spiciuntur: nam oculus qui est in imo, pauca
potest conspicere: sed ille qui est in alto, omnia
videt. Sic enim diuina sapientia alta est, vt om
nia sibi sint lucida & clara. Ideo dicitur ad He-
breos 4. Quod discretor est cogitationum, &
intentionum cordis, & non est vlla creatura in-
uisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda,
& aperta sunt oculis eius. In illo ergo debemus
D spem nostram ponere, qui potest omnes defe-
ctus nostros videre, & cogitationes omnes co-
gnoscere, cui nihil est inuisibile, nihilq; occul-
tum. Sicut ergo de illo medico debet infirmus
confidere, qui optime scit infirmitates cogno-
scere: sic in Deo spem nostram debemus pone-
re, cui nulli defectus nostri latere pñt. Quar-
to, ex altitudine diuinę sapientiæ, possumus cõ
cludere ꝙ in Deo omnia. i. perfectiones oĩum
continent. Nam cum diuina sapientia sit causa
omnium rerum, iuxta illud Omnia in sapiẽtia
fecisti, Psal. 103. & ea quę sunt causatorũ ꝑ am-
plius insunt causis, vt dicit Dionysius secundo
de diuinis nominibus: ex ipsa altitudine diuinæ
sapientię,

sapientiæ, per quam arguimus Deum omnium esse causam, concludere possumus ꝙ perfectiones omnium causatorum peramplius, & perfectius sunt in Deo. In illo ergo debemus sperare, in quo sunt perfectiones omnium, & qui potest omnia in omnibus, quia eius solius est desideria omnium complere, & cor cuiuslibet quietare. vnde August. secũdo lib. cõfess. cap. sexto, probat ꝙ etiam in omnibus fallẽtibus uitiis, inuenitur quædam vmbratica spes: sed quod perfectum, & non defectiuum bonum est, quod in sua puritate consistit, in Deo est. vnde ait, ꝙ est quædam defectiua spes, & vmbratica in vitiis fallentibus. (& subdit.) Quid superbia celsitudinem imitatur, quum tu sis vnus super oĩa Deus excelsus. Et ambitio quid nisi honores, & gloriam quærit? cũ tu sis præ cunctis honorandus vnus, & gloriosus in ęternũ. Quicquid ergo boni desiderare possumus totũ reperimus in Deo. In ipso ergo debemus sperare, qui põt omnia desideria nostra cõplere. Illi enim vitiosi sunt, q peruersè in creaturis quærunt, quæ pure & excellenter reperiuntur in Deo. Quinto, ex altitudine diuinę sapientiæ, possumus ostendere, ꝙ eius est omnia replere. Sicut .n. videmus in istis elementis, quòd quãto aliquid est altius, & sublimius, tãto magis est penetratiuum, vt aqua magis habet penetrare q̃ terra, & aer magis q̃ aqua, & ignis magis quàm aer. Diuina ergo sapientia, ex quo altissima est, oportet ipsam purã, & simplicissimam esse, ratione cuius simplicitatis, omnibus illabitur, omnia penetrat: propter quod, diuinus sermo, & diuina sapientia ratione eius penetrationis gladio ancipiti assimilatur, iuxta illud ad Hebręos cap. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. In illo ergo debemus spẽ nostram ponere, qui potest cor nostrum, mentem nostrã, & animam nostram replere: hoc autem facere potest solus ille, qui animæ nostræ potest illabi, & in animam nostram intrare. Sicut enim in corporalibus, non replet aliquid, nisi quod potest intrare in ipsum, sic nihil potest satiare, & replere animam nostram, nisi quod potest intrare, & esse in anima nostra: hic autem est solus Deus. Si ergo quæratur in quo, & quid, & qualiter debemus sperare, dicemus quod spem nostram debemus ponere in Deo, vt per ipsum consequamur seipsum, quia solus ille est, qui potest nostra desideria satiare, propter omnia prędicta, quæ omnia probari possunt, & etiã concludi ex altitudine diuinæ sapientiæ.

A *Cap. VII. In quo agitur, quomodo ex tertia laude diuinæ sapientiæ, ut ex eius rectitudine, soluitur tertia quæstio quomodo, uidelicet, perfectè debemus de peccatis pœnitere, quod potissimè fiet si sciuerimus quæ, & quot bona facit pœnitentia.*



Stenso qũo ex plenitudine diuinæ sapiẽtiæ possumus declarare cui, & quę, & qualiter sit credendũ: & declarato, qũo ex altitudine eius, in quo, & quid, & qualiter sit sperandum, Volumus patefacere qũo ex
B veritate, & rectitudine illius sapiẽtiæ, possumus concludere, qũo & qualiter, de nostris culpis, defectibus, & peccatis, sit pęnitendum. Imaginabimur quidẽ, ꝙ sicut in istis tẽporalibus, statim præsente linea recta, apparet quid obliquum, et quid rectum, adeò ꝙ & multa videntur oculis recta, quæ ad præsentiam regulę apparent obliqua. Vnde & ædificatores non credunt proprits oculis de rectitudine ædificii, sed ipm plũbant & applicant ei regulã, vt appareat qđ est obliquũ. Propterea bene dictum est qđ dicit̃ in Psal. 74. cum accepero tps ego iustitias iudicabo. Multæ .n. hic vñr esse iustitię, quæ in iudicio finali apparebunt esse culpę. Et quia tanta est rectitudo illius sapiẽtiæ, ꝙ quæcũꝗ obliquitas di-
C scordat ab ea, valde debemus esse intẽti, qũo pęniteamus de peccatis nostris, & qũo emẽdemus 1. cor. ij.
obliquitates nr̃as. Qđ si bene nos ipsos iudicabimus, non vtiꝗ ab illo iudicabimur. Et q̃a pn̄ia est secũda tabula post baptismũ, per quã mare huius seculi possumus euadere, & ad gr̃am diuinam, & ad virtutes, & dona redire, & ex his nostras obliquitates rectificare: ideo ne discordemus a rectitudine diuinę sapiẽtiæ, debemus pfectè de peccatis nr̃is pęnitere. Qđ potissimè fiet, si consideremus quæ, & quot bona, pn̄ia habet facere. Dicit .n. August. in lib. de vera, & falsa pęnitentia, cap. 1. ꝙ quantum sit appetenda gratia pęnitentiæ, omnis clamat auctoritas, omnis bonorum vita conat̃ ostẽdere. Pęnitentia .n. (sm
D eum) languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatẽ inducit, auget, & cõseruat: claudis gressum, aridis copiã, cęcis restituit visũ. Vitia fugat, virtutes exornat, mentẽ munit & roborat. Oĩa sanat, oĩa lætificat. Tẽperat successus, cõstringit impetus, moderat̃ excessus. Ignorãs, p hãc se recognoscit, quęrens, per hãc se inuenit. Hæc est quę hoĩes ad angelos ducit, & creaturã reddit creatori. Ista ouẽ perditã monstrat quærenti, & decimã drachmã obtulit anxianti. Hęc dissipatorẽ filiũ ad prẽm reduxit, & vulneratũ a latronibus custodiendũ, & curandũ tradidit. In hac omne bonum innititur. Per hanc oẽ bonum conseruat̃. Fugat tenebras, inducit lucẽ, excoquit omnia. Ipsa ignis cõsumens est.

*Cap. VIII. In quo ostenditur, quomodo intelli-
genda sint uerba Augustini de bonis quae fa
cit pœnitentia, quantum ad potentias,
perfectiones potentiarum, actio-
nes, & modos agendi.*



T ergo intelligant uer
ba Augustini: dicere
possumus, quod circa
gubernationem nostrã,
& circa tegimen nr̃um,
est quinq; considerare,
videlicet potentias per
quas agimus: disposi-
tiones, & perfectiones
potentiarum, per quas habilitamur ad agendũ:
actiones ipsas: modum agẽdi: & finem in quẽ
tendimus per huiusmodi actiones. Peccatũ au
tem omnia ista peruertit, Tollit bonas disposi-
tiones, & perfectiones potentiarum: impedit
actiones, peruertit potentias, destruit modum
agendi, facit nos peruersẽ in finem tendere.
Quantum ad perfectiones, & dispositiones po
tentiarum: peccatũ facit tria mala: quia facit nos
languidos, leprosos, & mortuos. Facit nos lan-
guidos, nos debilitando: leprosos, nos inficien
do: & mortuos gratiam, & charitatem, & alias
bonas dispositiones, & perfectiones per quas vi
uimus tollendo. Pęnitentia verò, tanq̃ peccato
opposita, languores sanat, leprosos curat, mor
tuos suscitat: nam contra hæc tria, videlicet cõ
tra languorem, lepram, & mortem, sanitatẽ dat,
auget, & conseruat. Dat quidem sanitatem, per
quam languores tollit: auget, quia non solum
ab infectione lepræ nos custodit, sed huiusmo-
di sanitatẽ conseruat, quia nos pręseruat a mor
te. Sic ergo se habet culpa & pęnitentia, quãtũ
ad dispositiones, & perfectiones potentiarum.
Sed quãtum ad actiones ipsas, culpa facit quin-
que mala: quia nos facit claudos, aridos, cęcos,
& insuper, nos vitiat, & virtutes deformat. Fa-
cit nos quidem claudos, ne in bonas actiones tẽ
damus: aridos, ne ex bonis actionibus fructũ
faciamus: cęcos, ne huiusmodi bonas actiones
quas agere debemus, cernamus, & videamus. Et
non solum culpa sic nos impedit, quantum ad
actiones bonas, sed etiam nos vitiat inclinando
in actiones malas: quod faciẽdo etiam ipsas vir
tutes (si quæ remanent) deformat; vt si post pec

Fides & spes post peccatũ remanent informes.

catum remanent in nobis fides, & spes, quę in-
ter virtutes computantur, non possunt remane
re formatæ sed informes. Pęnitentia ergo om-
nibus his quinq;, quæ consequimur per culpã,
se opponens, claudis restituit gressum, aridis co
piam bonorum fructuũ, cęcis restituit visum, vi
tia fugat, virtutes exornat. Insuper, ipsa eadem
culpa, quæ peruertit nos, & quantũ ad disposi-
tiones potentiarũ, & quantũ ad actiones ipsas,
nihilominus etiam nos lædit, quantum ad ipsas

A potentias, & quantum ad hoc, culpa quatuor
mala facit, Primo a potentiis munitiones, & for
titudines tollendo, Secundo in eis ægritudinẽ
operando, Tertio dispergendo eas, & Quarto
dolorem & tristitiam causando in ipsis. Homo
enim per culpam perdit primo suam fortitudi
nem, & robur, vt non possit peccatis resistere.
Quãdiu.n. sumus in culpa, & dum non sumus
in gratia, non possumus omnia peccata vitare:
hoc enim ponere, esset incidere in errorem Pe
lagii, q̃ ex puris naturalibus possit sibi quisq;
ab omnibus peccatis cauere. Culpa ergo, pri-
mo a potentiis munitiones & fortitudinem tol-
lit, & secundo cum hoc eas infirmat, & ęgrotat:
sicut enim aliud est perdere calorem, & aliud est
incurrere frigiditatem, sic aliud est perdere mu
B nitiones & fortitudines, & aliud est contrahere
vitia opposita, & infirmari, & ægrotari. Et si hęc
duo sic se habent q̃ vnum concomitatur aliud,
secundum tamen aliam, & aliam rationem, su-
mitur hoc & illud. Hæc ergo duo mala facit in
nobis culpa, & vlterius facit malum tertium, qa
potentias diffuit & dispergit: In peccatore n.
potentiæ non sunt vnitę, sed dispersæ & diffu-
tę, quia vnum dictat agere ratio, & aliud secun
dum sensualitatem agitur. Quarto culpa in po
tentiis nostris & in mente nostra dolorẽ & tri-
stitiam causat. Nam sicut gloria nostra hæc est,
testimonium conscientiæ nostrę: sic dolor, &
tristitia mentis nostræ, est in nobis ipsis contra-
C riam nostram conscientiam inuenire. Cõtra au
tẽ hęc quatuor mala quæ facit culpa, tangit Au
gustinus quatuor quę facit pęnitentia, quia mẽ
tem munit, & roborat, contra primum: omnia
sanat, contra secundum: omnia reintegrat, con
tra tertium: omnia lętificat contra quartum. Et
si dicatur, q̃ hęc etiam superius tangebantur,
quum dicebatur, q̃ peccatum facit languidum,
quod est tollere robur & facit hominem lepro
sum, quod est inducere infirmitatem, & morbũ:
pęnitentia vero econtra, opposita bona facit.
Porrò dicemus q̃ & si peccatum bonas disposi
tiones tollit, & actiones bonas impedit, & potẽ
tias lędit, & si vno ictu omnia hæc mala facit, ni
hilominus hęc plura mala sunt: sic econtra, op
D posita quę facit pęnitentia sunt plura bona. Igi
tur si Augustinus, vel alii sancti detestando cul
pam, vel cõmendando pęnitentiam, videntur
idem pluries iterare, potest illud sic pluries itera
tum ad diuersa referri, vt ad remotionem per-
fectionis, vel ad lęsionem potentiarum, vel ad
impedimẽta actionũ, vel quomodolibet aliud.
Patet ergo quomodo loquẽdum est de culpa,
& de pęnitentia, quantum ad potentias, bonas
dispositiones, vel perfectiones potentiarum, &
quantum ad actiones. Sed quantum ad modũ
agendi, dicimus quòd culpa tria mala facit, qa
habet intemperare successus, dispergere impe-
tus, immoderare gressus. Nã quum incidimus
in culpam: primo incipimus vana cogitare, &

ex hoc dicimur non tēperare successus, quasi cogitatio succedens cogitationi; quæ non est tēperata, nec ad debitum finem ordinata, sed est vana. Secundo quis per culpam quum incepit vana cogitare, & non temperare successus, incipit in rebus vanis delectari, propter quod dicitur non constringere impetus. Et tertio consentit illis vanis, & tunc dicitur non moderare gressus. Hic ergo est modus culpæ, & modus agēdi per culpam. Sed pœnitentia tanq̃ totaliter culpæ opposita, temperat successus, ne cogitemus vana, cōstringit impetus, ne delectemur in eis, moderatur gressus, ne consentiamus in ipsis.

Cap. IX. In quo ostenditur, quomodo intelligenda sunt uerba Augustini, de bonis quæ facit pœnitentia, prout per eam in finem tendimus.



St ergo ex præhabitis declaratum, qualiter dicēdum de culpa, & pœnitentia quātum ad omnia prætacta: sed quantum ad finem, in quem tendimus per omnia præfata, dicere possumus, q peccatum nos deuiare facit a fine, pœnitentia vero facit nos tendere in finem. Sed de deuiatiōe a fine, possumus loqui dupliciter, primo generaliter, secundo specialiter prout cōparatur ad Christum: generaliter quidem quadrupliciter nos facit deuiare peccatum a fine. Primo impediēdo intellectum, ne homo seipsum cognoscat; si.n. peccator seipsum cognosceret, & bene seipsum consideraret, quantū vilis effectus est per peccatum, statim a peccato recederet. Secundo peccatum peruertit affectū; vt homo nolit seipsum quærere, nolit seipsum innenire, quia si seipsum quæreret, & seipsum inueniret, videret se esse animal rationale, & secundum rōnem debere agere. Tertio per peccatum, a societate angelorū separamur, ad quorum societatē perducti, vna cum eis deberemus nostro fine, & nostro creatore frui. Quarto per peccatū ab ipso Deo creatore auertimur. Et qa pœnitentia per omnem modū peccato opponitur, ideo contra hæc quatuor quibus per peccatum deuiamus a fine, pœnitentia quatuor facit. Quia per pœnitentiam homo ignorans se recognoscit. Quærens per hanc, se inuenit. Hæc est, quæ homines ad angelos ducit. Et creaturā reddit creatori. Sic ergo loquendum est de culpa, & de pœnitentia, secundum q loquimur de deuiatione, uel de consecutione finis generaliter. Sed prout specialiter, comparamur ad Christum qui est mediator inter nos, & Deum, dicere possumus q septem in nobis facit peccatum, quod diuidit inter nos & Christū, quæ omnia restaurat pœnitentia. Nam peccatū facit nos esse ouem perditam, quia facit nos a pastore nostro deuiare. Facit nos esse drachmam amissam, quia habet nostrā imaginē deformare; nam sicut in denario, siue in drachma, est imago principis, sic in anima nostra est imago Dei: sicut ergo, si a denario tolleretur imago, non diceretur esse denarius, sic quando ab anima deformatur, vel etiā quodāmodo tollitur imago, quod fit p peccatū (iuxta illud psalmi. 72. Imaginem illorum ad nihilum rediges) anima quoq; desinit esse drachma, vel dr̃ esse drachma ammissa. (Qualiter autem peccatū tollat imaginē & qualiter nō, plana est responsio, quia non tollit quantum ad ipsas potentias, tollit aūt quātum ad perfectiones potentiarum. Ipsas etiā potentias licet non simpliciter tollat: eas tamē vulnerat, & inhabilitat.) Tertio, peccatum facit nos esse filium dissipatorem, tollendo a nobis hæreditatē æternam: Quarto, facit nos esse a latronibus, a dæmonibus, vel a carnalibus affectionibus, expoliatos, & vulneratos: expoliatos in gratuitis, vulneratos in naturalibus. Quinto, per peccatum volūtas nostra perdit omne bonum, & detinetur in malum. Sexto, per peccatum intellectus noster induit tenebras, & expoliatur luce. Septimo, per peccatum omnia opera nostra sunt cruda, & infrigidata, & immeritoria. Pœnitentia autē tanquam peccato omnino opposita septē facit opposita his quæ numerata sunt. Nam ista scilicet pœnitentia, Christo quærenti ouem perditam monstrat: drachmā amissam Christo inquirenti offert: dissipatorē filium ad patrē reducit: vulneratum a latronibus, & expoliatū, custodiendum, & curandū tradit. In hac omne bonum inuenitur, & conseruatur quantū ad affectum, Ista fugat tenebras, inducit lucē quantum ad intellectū: excoquit omnia opera nostra, qa ignis consumens est, quantum ad actum, seu quantū ad opus. Aduertendum autē, q omnia ista possumus referre secūdum q cōparamur ad Christum, quia ipse specialiter in Euāgelio, loquitur de oue perdita, de drachma amissa, de filio dissipatore, de vulnerato a latronibus: per ipsum consequimur omne bonū: ipse.n. est magister noster, fugans tenebras, inducens lucem: per ipsum excoquantur igne charitatis omnia opera nostra, quia sine ipso nihil possumus facere. Si igitur hic iterantur aliqua superius tacta, tamen ad aliud, & ad aliud referri possunt. Nam pœnitentia facit præfata quatuor generaliter, non descendendo secūdum hunc modum, vel illum: & facit hæc septem specialiter descendēdo ad hunc modum, prout per pœnitentiam Christo coniungimur, per quem omnia illa septem consequimur. Aduertendum etiā, quod mors Christi, & si pro redemptione omniū fuerit sufficiens, tamen redemptionem omniū non

Matt. 18. Luc. 15. Luc. 10. Ioan. 15.

est efficiẽs, quia iniquitates nostræ diuidunt in-
ter nos, & ipsum, vt non perueniat ad nos in-
fluentia sanctitatis suæ: sed quum per pęniten-
tiam ad ipsum conuertimur, & ei coniungimur,
tunc tanq̃ ouis perdita ab eo inuenimur, tan-
quam drachma amissa ab ipso recupamur etcę.
quæ superius sunt expressa. Aduertendum ẽt,
quod drachmæ amissio pertinet ad imaginem,
quæ consistit in potentiis animæ, in quibus vul
neramur, vt sunt quædam naturalia, & expolia
mur a gratuitis, vt perficiuntur per virtutes &
dona propter qđ huius amissio drachmę videt̃
esse idem cum vulneratione, & expoliatione.
Sed dicemus quod imago Dei, & drachma no
stra consistit in potentiis superioribus: & quia
sm Augustinum in lib. 14. de Trin. cap. 3. in eo
quod est potissimum in anima, quærẽda est ima
go: vulneratio autem, & expoliatio, est in virtu
tibus inferioribus, quia ipsa cõcupiscibilis, & ira
scibilis, siue ipse appetitus sẽsitiuus per peccatũ
expoliatur a suis perfectionibus, & vulnerat̃
& inhabilitatur ad bonum: ideo ad aliud, & ad
aliud referre possumus hæc & illa.

*Cap. X. In quo demonstratur, q̃ si uolumus ple-
nè conformari rectitudini diuinæ sapientiæ,
debemus de peccatis nostris plenè cõ
teri, confiteri, et satisfacere, et quid
est contritio, & propter quas
causas debemus de pecca
tis nostris conteri.*



Voniã ergo locuti diu
tius sumus, quot bo-
na faciat pęnitentia vt
inducamur ad pęniten
tiam, & ne discordemus
a rectitudine diuinæ sa
pientię, volumus nunc
de partibus pęnitentiæ
loqui. Nam culpa facit
omnia pręhabita mala, per quorum quodlibet
discordamus a rectitudine diuinæ sapientiæ, tã-
quam ab arte recta & vera, in qua omnes hu-
iusmodi obliquitates cognoscuntur. E conuer-
so autem pęnitẽtia facit bona opposita illis ma-
lis, per quæ illi rectitudini, & illi arti conforma-
mur. Verum q̃a huiusmodi pęnitẽtia integra-
tur ex multis partibus, nec est aliquid perfectũ
sine omnibus suis partibus, ideo vt perfectę illi
rectitudini conformemur, de omnibus pęniten-
tiæ partibus decreuimus pertractare, quæ com
muniter dicuntur esse tres. Contritio in corde,
Pœnit. partes. Confessio in ore, Satisfactio in opere. Debet. n.
primo peccator in corde conteri, quod similitũ-
dinarie dictum est, ac si cor peccatoris, esset vas
plenum fętido liquore, quia est repletum tur-
pibus culpis. Cum ergo cõterere sit aliquid in
A minutas partes frangere, cor peccatoris debet
esse contritum. i. in minutas partes fractum, vt
totus ille liquor inde exeat: si. n. frangeretur in
magnas partes, posset ibi aliquid de illo liquo-
re remanere. Sed quando omnino contritum
est, nihil ibi de illo liquore fętido remanebit.
Ista ergo cõtritio, dolor est de peccatis, de qui-
bus dolendo, vacuatur cor a fęditate, & immun
dicia peccatorum. Vnde Augustinus de huius-
modi dolore, qui requiritur in pęnitẽtia, loquẽs
in libro de vera, & falsa pęnitentia, dicit: q̃ pec- Cap. 13.
cator semper doleat, & de dolore gaudeat, & se
nõ semper doluisse doleat. Iste ergo dolor de-
bet esse quasi contritio. i. cõfractio in partes par
uas, quia sigillatim nostram conscientiam debe
mus inquirere de omnibus, quæ cõmisimus cõ
B tra Deum, & de quolibet illorum debemus do-
lere, vt in nulla parte cordis lateat aliquod pec
catum, vel complacentia alicuius peccati. immo
sic singulariter, & partibiliter debemus de quo-
libet peccato dolere, vt totum cor, quantum ad
continentiam peccatorum, secundum quamli-
bet sui partem sit confractum, non retinens in
se aliquod peccatorum. Nam (vt dicitur. 4. sen.
dist. 14. & allegatur auctoritas Gregorii.) qui
sic alia peccata deplorat, vt alia tamen cõmittat,
adhuc pęnitentiam agere aut ignorat, aut dissi
mulat. Et subditur: Quid. n. prodest, si peccata
luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus
anhelat. Et Augustinus in de vera, & falsa pęni
tentia, cap. 9. dicit: Quædam. n. impietas infideli
C tatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam
sperare misericordiam. Debet ergo cor, esse cõ
tritum per singulas partes, & confractum, vt de
singulis peccatis doleamus. Possumus autem
assignare quinq; causas, quare sic debeamus de
peccatis conteri, & dolere. Primo, vt a mundo
auertamur, iuxta illud: Nolite diligere mun- Ioan. 2.
dum, nec ea quæ in mundo sunt. Secundo, vt
ad Deum conuertamur, sicut ipse per Prophe
tam Ioelem cap. 2. nos inducit: Conuertimini
ad me in toto corde vestro, & scindite corda ve
stra. Tertio, vt ex hoc Deum adiutorem habea
mus: sicut. n. qui se auertit a lumine non habet
adiutoriũ ab ipso, sic qui se auertit a Deo, quan
tum in se est, respuit auxilium Dei: cõtra quos
dicitur in psalmo. 51. Ecce homo qui non po-
D suit Deum adiutorem sibi. Quarto, hoc debe-
mus facere vt de peccatis displicentiam habea-
mus, nam nõ possumus inchoare nouã vitam,
nisi nobis displiceat præterita vita. Quinto de-
bemus sic conteri & dolere, vt a peccatis
in posterum caueamus, quia hęc est
vera pęnitẽtia secundum Am
brosium, mala præterita
plangere, & plan-
genda iterum
non committere. Et secundum Greg.
est acta peccata deflere, & flen
da non committere.

Cap.xi.

Cap. XI. In quo ostenditur quòd confessio, quae est secunda pars pœnitentiæ, habet animam decorare: & quod propter quinque causas debemus sacerdotibus confiteri.



SEcunda pars pęnitētiæ est confessio, ad quam inducimur testimonio Iacobi dicentis, confitemini alterutrum peccata vestra. (Cap. 5) Confessio.n. peccatorum animā decorat, & pulchram facit. Vnde confessio, & decor siue pulchritudo conuertūtur, & vnum sequitur ad aliud, iuxta illud psalmi. 101. Confessionem & decorem induisti. Et alibi psal. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Fuerunt autem nonnulli dicentes, quod in sola contritione dimittuntur peccata, vt quis non indigeat confiteri: quod patet per simile de leprosis, de quibus dicitur, quod dum irent, mundati sunt: mandatum.n. eis fuerat quod se ostenderent sacerdotibus. In quo significabatur, quod peccatores debent sua peccata confiteri, se sacerdotibus ostendere, ante tamen quàm se ostenderent, videntur fuisse mundati: ante ergo quàm quis confiteať, in ipsa contritione, in ipso proposito confitendi: mundus est, quod concordat cum Psalmo. 31, Dixi confitebor .i. ꝓposui confiteri, aduersum me iniustitiam meam domino, & tu etc. Si ergo in proposito fit remissio, non indigemus vlterius confiteri. Dicemus ergo quod fatua & vana est voluntas, si adsit cōmoditas, & tamen nō reducatur ad actum. Nulli ergo remittitur culpa, nisi adsit confessio in voto, & nisi proponat confiteri, aliter non est illi remissio. Si ergo ibi adest tale propositū, & adest cōmoditas confitendi, & non adimpleat quod habuit in proposito, & in voto, fatuum reputatur tale propositum, & non est sufficiens ad salutem. Potest ergo quis sine confessione saluari, dum tamen conteratur, & proponat confiteri, & desit sibi spatium confitendi: sed si adsit cōfitendi cōmoditas, vel ficte ꝓposuit quod volebat implere, vel est a suo bono proposito remotus, & ex hoc est Deo ingratus, in qua ingratitudine persistens, nō potest salutem consequi. Possumus autem assignare quinque rationes, ꝓpter quas quisque debet confiteri. Primo vt in re certa se ponat: Nam quum quis cōfitetur, clauibus ecclesiæ se supponit, quia magna est virtus clauium: & multoties virtute clauium quis de attrito fit cōtritus: & homo nescit bene iudicare, an veram contritionem habeat, ideo debet se supponere clauibus, sperans & confidens, quod virtute clauium, suppleatur, si quis sit in contritione defectus, ratione cuius magis se fundat in re certa, dicente sententia sapientis: *Tene certum, & dimitte incertum.* Secundo hoc debet facere quia

A transgressionem mandati vitat: nam quum pręceptum sit quod debeamus confiteri, quod figuratum fuit Leuitici. 14. cap. vbi dicitur quod hic est ritus leprosi, quando mundatus est: adducetur ad sacerdotem. Vbi figuratū est quòd peccator mundandus a lepra peccati per confessionem, debet se ostendere sacerdoti. Tertio debet hoc facere, vt augmentum gratiæ habeat: nam & si in contritione consecutus est gratiam, per confessionem (si deuotè hanc agit) augmentum gratiæ promeretur. Ideo dicitur Prouerb. 28. cap. quod *Qui abscondit* scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit eam, misericordiam consequetur. Quæ misericordia intelli- B genda est, vel quia de non grato fit gratus, si ante confessionem non fuit in gratia: vel quia de grato fit magis gratus, si in gratia existens, deuotè se clauibus ecclesiæ subiicit. Quarto hoc debet facere, vt de peccato cognitionem habeat: Supponitur enim quod sacerdos sit sciēs discernere inter lepram & lepram, et sciat dare notitiam de peccatis, & sciat ligare, & soluere. Vnde Augustinus in de vera, & falsa pęnitētia ait, quod qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quęrat sacerdotem scientem ligare, & soluere, ne si negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant. Quinto debet aliquis confiteri peccata, vt pęnam sibi debitam C pro peccatis minuat: nam ipsa erubescētia, quę est in confessione, est pars satisfactionū, & minuit pęnam debitam pro peccatis.

Cap. XII. In quo ostenditur quòd satisfactio quae est tertia pars pœnitentiæ propter quinque causas est necessaria pœnitenti.



TErtia pars pęnitentiæ est satisfactio, quæ pōt comparari ad quinque: Nam in peccato sunt tria, videlicet Superbia, prout peccator non vult Deo subesse: Auaritia, D prout vult propriam voluntatem, & cupiditatem consequi: Obligatio ad pęnam ratione trāsgressionis. Ad quinque ergo potest comparari satisfactio, vel ad superbiam, quæ est in peccato, prout nō vult voluntati alterius subesse: vel ad auaritiam, prout vult suam voluntatem, & cupiditatem consequi: vel ad obligationem ad pęnam: vel ad alias partes pęnitētiæ, quæ sunt contritio, & confessio: vel ad ipsum satisfacientem & pęnitētem. Cùm ergo pęnitens hoc modo satisfaciat, quia supponit se volūtati alterius scilicet sacerdotis, & relinquit voluntatem propriam, & facit illud quod sacerdos sibi iniungit, dato quod sibi sit graue, & sibi displiceat facere, ꝓpterea quinque requiruntur, vt sit bona talis satisfactio. Primo, vt peccator voluntati alterius se

subiiciat, contra superbiam, quæ fuit in peccato. Secundo, vt voluntatem propriam deserat, contra auaritiam, quæ ēt est æqualiter in quolibet peccato. Tertio, vt in seipso pœnam gerat, contra obligationem, quæ habet esse in quolibet peccato. nam hinc dicitur pœnitens (secundum Augustinum in de vera, & falsa pœnitentia, cap 19.) quasi pœnam tenens. Quarto hoc debet facere, vt defectum si quis cōtra hoc fuit, in huiusmodi contritione, & confessione, suppleat. Nam dolor contritionis, & pudor confessionis, sunt partes satisfactionis. Sed forte non fuit tantus dolor, nec tantus pudor, ꝙ sufficienter satisfaciat pro peccato. Ideo præter contritionem & confessionem, iniungenda est aliqua alia satisfactio. Quinto, bona est satisfactio, vt pœnitens totum se Deo tribuat. Nam in satisfactione iniunguntur orationes, abstinentiæ, eleemosynarum largitiones, peregrinationes, ieiunia, & alia huiusmodi. Cum ergo contritio sit in corde, confessio in ore, vt anima ipsius peccatoris ordinetur in Deum, tam corpus, q̄ res exteriores (si quas habet) vt totū se deo tribuat, iniungēda est satisfactio: vel quantū ad ieiunia, per quæ corpus maceratur: vel orationes, per quas totus in Deum ordinatur: vel quantum ad ad genuflexiones, per quas corpus inclinat, & anima humiliatur: vel quātum ad itinerationes, per quas corpus fatigatur: vel quātū ad eleemosynarum largitiones, per quas bona exteriora cōmunicantur, vt sic totus homo, secundum se & secundum omnia sua possit ordinari in Deū. Vnde cum maturitate & cum discretione debet sacerdos videre, quid cuiq; imponat: quia quāto magis pœnitens conteritur, & dolet, & magis verecundatur de peccato, tanto magis satisfacit, & minor ei pœna vlterior ponenda est: sicut ēt iuuenibus magis est abstinentia iniungenda, vt magis macerentur in carne, & vt maceratī sibi a peccatis caueant.

Cap. XIII. *In quo ostenditur ꝙ ex quarta laude diuinæ sapientiæ, ut quia in illa relucet infinita bonitas, per eam a creaturis participata, soluitur quarta quæstio, qualiter Deus sit diligendus.*



Ostq; egimus de tribus laudibus diuinæ sapientiæ, per quas soluimus tres ppositas quæstiones. Volumus agere de quarta laude, videlicet, de bonitate diuinæ sapientiæ: ex qua poterimus soluere quæstionē quartam: Qualiter debemus Deum diligere, ꝙ si bene sciuerimus, scire poterimus, quæ, & quot sunt ex charitate diligēda, & quot bona facit in nobis dilectio charitatis. Sciendum ergo, ꝙ idē est amare ꝙ velle bonum. Vnde & Philosophus secūdo Rhetoricorum capitulo de amore ait, ꝙ diffinientes amare, dicamus ꝙ est velle alicui quæ putamus esse bona. Ex ipsa itaq; ratione bonitatis, quam volumus alicui, vel nobis, oportet, ꝙ sumatur ratio amoris. Igitur, ex bonitate Dei, scire poterimus, qualiter diligendus sit Deus. Dicimus autem ꝙ quarta laus diuinæ sapientiæ, est eius bonitas. Nam illa sapientia, non solum est plena, alta, & recta, vt dicebant tres primæ laudes: sed etiam est bona, & optima, sicut dicit hæc quarta laus: Dicitur enim bonum æqualiter enti. Sicut igitur aliquid est ens, sic est bonum, & quod est infinitum ens, est infinitum bonum: & quia illa diuina sapientia est infinitum ens, consequens est ꝙ sit infinitum bonum. Si ergo ex ratione bonitatum sumitur ratio dilectionis, consequens est, ꝙ Deus sit in infinitum diligendus: & quia ad hoc nō possumus pertingere, quia dilectio nostra, siue sit actus dilectionis, siue habitus, est finitus (quum sit quid creatum;) consequens est, ꝙ nō possumus Deū tantum diligere, quin sit plus diligendus: inde est ꝙ secundū Gregorium, modus charitatis, est non habere modum: ideo præcipitur in lege mosaica & euangelica ꝙ diligamus Deum omni modo quo possimus, ex tota mente, idest ex tota memoria, ex toto corde, idest, ex tota intelligentia, ex tota anima, idest, ex tota voluntate, quę sunt tres partes imaginis. Et vlterius debemus ipsum diligere ex omnibus viribus: quod dupliciter potest exponi. Primo, vt omnes vires referantur ad illas potentias animę. Nā non solum partes imaginis, quæ sunt superiores animæ vires, memoria, videlicet, intelligentia, & volūtas; sed omnes alias vires animæ, debemus ordinare in Deum: propterea ꝙ non solum ex tota memoria, intelligentia, & voluntate, sed ex omnibus aliis viribus animę debemus in Deūm ferri, & ipsum diligere, et omnia ad ipsum per dilectionem ordinare. Vel possumus dicere, ꝙ nullum debemus habere modum in diligendo Deum, nec extensiue, nec intensiue, sed nos totos, et totaliter ordinare debemus in Deum. Debemus ergo Deum diligere, ex tota mēte, ex toto corde, & ex tota anima, idest omnia nostra, et nos totos, ordinando in ipsum, vt sit ibi totalitas extensiue vt nihil sit in nobis, quod non ordinemus in ipsum. Debemus insuper hoc facere ex totis viribus, ꝙ sit ibi totalitas intensiue, vt cum omni feruore, et quantum possumus, et secundū omnes vires nostras, omnia nostra ordinemus in ipsum. Prima ergo totalitas (vt dicit ex tota mente etc.) sumitur extensiue, vt ibi cōprehendantur omnia nostra. Secunda autem totalitas quum dicit, (ex omnibus viribus etc.) sumetur intensiue, quia omnia nostra nō quocūq; modo, sed modo summo debemus ordinare

nare in Deum: ex bonitate itaq; illa qua relucet A
in diuina sapientia, scire possumus qualis Deus
sit diligendus: sed ipsa diuina bonitas quę relu-
cet in ipso Deo, & in eius sapientia, tripliciter
potest considerari. Primo quãta est in se. Secun
do quãta est in suorũ effectuum productione.
Tertio quanta est in ipsorũ conseruatione. Ex
ipsa autem diuina bonitate in se, ostensum est,
qualiter sit diligẽdus, quia diligendus est, secun
dum omnia nostra, & secundũ omnes vires, &
secundum omnem modũ, secundũ quem possu
mus: quod non solum veritatem habet, si con-
sideremus diuinam bonitatem, relucentẽ in illa
diuina sapientia quanta est in se: sed etiam, si cõsi
deremus eam in pductione suorum effectuũ,
1. Cor. 4. quia secundum sententiam Apostoli: nihil ha- B
bemus quod non acceperimus. Ab ipso enim
habemus mentem, cor, & animam: siue memo-
riam, & intelligentiam, & voluntatem, & omnes
potẽtias animę: ab ipso etiam, habemus omnes
vires, & omnem conatum in bonum, qui potest
esse per huiusmodi potentias: ab eo ergo habe
mus omnia extensiuè, & intensiuè, quantum ad
res habitas & quantum ad modum habendi:
quantum ad id quod sunt, & quantum ad eorũ
conatum. Et quia magna ingratitudo est, nõ or
dinare omnia quae habemus ad illum a quo ha
bemus: ideo ne ingrati simus Deo, omnia nr̃a
secundũ omnẽ conatum debemus ordinare in
ipsum Deum, nec ad hoc sufficit, quia nõ possu
mus ei reddere aequiualens. Si enim considera-
mus hunc modum, nihil supererrogamus, &
nihil facimus, quod non teneamur facere: ideo
Luc. 17. dicebat Dominus, q quum omnia bona feceri-
mus, debemus dicere, serui inutiles sumus, & qđ
debuimus facere fecimus. Tertio hoc idem pa-
tet, si consideremus diuinam bonitatem relucẽ
tem in diuina sapientia, quantum ad effectuum
conseruationem. Nam Deus non sic est causa
rerum, sicut ędificator est causa domus, quia re-
cedente ędificatore, adhuc stat domus: sed si ad
momẽtum Deus desereret creaturam suam, sta-
tim esse desineret. Vnde August 4. super Gen.
ca. 12. ait, Neq; .n. sicut structuram ędiũ quũ
fabricauerit quis abscedit, atq; illo cessante, &
abscedente, stat opus eius: ita mundus, vel ictu D
oculi stare poterit, si ei Deus regimẽ suum sub-
traxerit. Et quia Deus est sup omnia cõseruans
ea, & sine ipso nihil sunt omnia; ideo ad ipsum
debemus cõuerti per omnia, & in ipsum omnia
nostra per dilectionem, omni modo quo possu
mus, ordinare debemus. Vnde Aug. loquens
Deo. 6. confessionũ ca. 6. ait. Quod relictis om
nibus conuertamur ad te, qui es super omnia, et
sine quo nulla sunt omnia. Aduertendũ autem
q modus dilectionis diuinae est, q ipsum diliga
mus super omnia intẽsiue, quia ex totis viribus,
& super omnia extensiue, quia secundũ omnes
potentias nostras, quem modũ diligendi appro
priamus laudi diuinae sapientiae, prout in ea re

A lucet infinita bonitas. Nam prout Deus p suam
sapiẽtiam cognoscit se infinitum bonum, suam
bonitatem cõmunicauit rebus per suam sapien
tiam, vt dicantur omnia in diuina sapientia esse
facta. Et quia prout per suam sapientiam boni-
tatem suam cõmunicauit nobis, & fecit nos esse
debitores suos, vt ex hoc teneremur ipm dilige
re, & nõ habere modũ dilectionis, id laudi diui-
nae sapientiae, pur ipsa est infinitum bonũ, & in
ea relucet bonitas ĩfinita, hęc volumus adaptare.

*Cap. XIIII. In quo ostenditur quomodo ex mo-
do dilectionis diuinae sapientiae scire possu
mus quae, & quot, et quo ordine,
sunt ex charitate diligenda.*



Iximus autem supra, q
si sciuerimus qualiter sit
Deus diligendus, scire
possemus, quae & quot
sunt diligenda ex cha-
ritate, & quot bona fa-
ciat in nobis dilectio
charitatis. Recitat autẽ
Aug. primo de doct.
christ. cap. 23. quatuor diligenda esse: Vnum
quod est supra nos, videlicet Deus: aliud quod
nos sumus: tertium quod est iuxta nos scilicet
proximum: & quartum quod est infra nos, vi-
C delicet corpus nostrum: sed eo modo quo ipse
posuit quatuor sic esse diligẽda, potuisset pone
re quinq;. Nã sicut nos ipsos diuidimus in duas
partes. s. in hominem interiorem, & exteriorẽ,
vel (vt loquamur verbis Aug. 1. de doct christ.
cap. 26.) in animam, & corpus: sic possumus &
proximos nostros diuidere, vt dicamus quinq;
diligenda esse ex charitate, videlicet, Deus, q est
supra nos: hõ interior, quod nos sumus: hõ in-
terior proximi, qui est iuxta nos: homo exterior
noster, siue corpus nostrũ, quod est infra nos:
& homo exterior proximi siue corpus eius qđ
est iuxta corpus nostrum: sed si sic dicimus nõ
videmur omnia enumerasse, quę sunt ex chari-
tate diligẽda Nam, & ipse amor, & ipsa dilectio
D est ex charitate diligenda. Vnde Aug. 8. de Tri.
c. 8. Nemo dicat non noui quid diligam, diligat
fratrem, & diligat eam dilectionem, qua diligit
fratrem. Dicemus ergo duo esse genera diligen
dorum. Nam aliqua diligimus, tanq̃ ea quibus
bonum volumus; aliqua autem, non tanquam
ea quibus bonum volumus, sed tanq̃ aliqua bo
na, quę nobis, vel aliis volumus. In primo qui-
dem genere, vno modo sunt tria diligenda, alio
modo sunt quatuor, alio modo quinq;. Aug.
autem. 19 de Trin. cap. 14. et. 1. de doct christ.
c. 26. Tria dicit esse diligẽda ex charitate, Deus,
proximus, & nos ipsi, quę tria diligẽda innuun
tur quum Dominus ait. Diliges Dñm Deum Matth. 22.
tuum, & proximum tuum sicut te ipsum. In. 1.

autem de doct.christ.c.23,dicit esse quatuor sic
diligenda, quia diuidit nos ipsos in animam &
corpus,vel in nos & corpus nr̃m. Nam quum
aliquid componitur ex duobus, semper supre-
mum sumit nomen totius vt quod facit Papa di
citur facere ecclesia,quia Papa est caput eccle-
siæ: & sicut Papa supremum in ecclesia dicit̃,
sic anima nostra,vel animus,vel homo interior,
videtur esse nos ipsi:sed sicut nos ipsi diuidimur
in duo,sic & proximos nostros in illa duo diui-
dere possumus,& potissime put homines sunt
proximi nostri,qui diuiduntur in naturam cor
poralem,& spiritualem: quod dicimus propter
Angelos,qui etiam sunt proximi nostri, quia
possunt nobis misericordiam impartiri. Nõ.n.
inter nos,& Angelos,est illud chaos magnũ fir
matum ꝙ non possimus ire ad eos, & ꝙ nõ pos
sint dici proximi nostri.Quinq; ergo (vt tange
bamus)sunt diligenda ex charitate.Natura spi
ritualis,quæ est supra nos,videlicet Deus: & na
tura spiritualis quæ nos sumus, videlicet anima
nostra:& natura spiritualis proximi quę est iux
ta nos,videlicet anima illius,siue sint spũs Ange
lici,siue humani: & natura corporalis nr̃a quæ
est infra nos,videlicet corpus nostrum: & natu
ra corporalis aliorum hominũ,videlicet corpo
ra eorum,quæ est iuxta corpus nostrum. Hæc
autem omnia diligimus tãquã ea quibus bonũ
volumus,quæ hoc ordine sunt diligenda.Nam
primo est diligendus Deus,magis etiam q̃ nos
ipsi,quia propter ꝙ vnumquodq; & illud ma-
gis.1.Poster.Quum ergo Deus sit diligendus
propter seipsum: quilibet autem debet dilige-
re seipsum,non propter seipsum, quia non est
ipse sui ipsius finis,sed propter Deũ:consequẽs
est ꝙ quilibet debet plus diligere Deum q̃ seip-
sum.Nec in hoc possumus dubitare.q2 si amor
est quędam vnio,magis Deus vnitur,& est ma-
gis vicinus nobis,q̃ nos nobis ipsis, vt vult Au
gust.in.3.lib. cõfessionum,cap.6.Immo magis,
bonum nostrum nõ posset subsistere sine Deo.
Bonum ergo nostrum reseruatur in Deo ma-
gis q̃ in seipso: quia bonum nostrum non pos-
set subsistere sine Deo. Bonum ergo nostrum
non posset subsistere in seipso,nisi esset coniun
ctũ Deo. Vnde si annihilatum foret,& si nihil
esset in seipso,posset a deo refici.Ergo quilibet
homo debet se magis amare in Deo, q̃ in seip-
so,& magis amare Deum q̃ seipsum, quum suũ
bonum magis sit ipse Deus,q̃ sit ipsemet.Sic ẽt
plus debemus diligere Deum, q̃ proximos no-
stros.Nam filii plus sunt vniti patri, q̃ sibi ipsis.
Nam non sunt vniti sibiipsis,nisi quia sunt vniti
patri a quo descenderunt,propter ꝙ maior est
amor filiorũ ad patrem q̃ ad seipsos. Sic et nos
gerimus imaginẽ vnius Dei:vnio ergo ad alios,
est ex vnione quam habemus ad Deũ, vt Deũ
plusq̃ omnia alia diligamus. Debemus ergo dili
gere Deum plusq̃ nos, & pximos. Sed nos de-
bemus plus diligere nos,q̃ proximos nostros.

A Nam non pręcipitur nobis, ꝙ diligamus proxi
mos nr̃os plusq̃ nos ipsos,sed sicut nos ipsos.i.
ad id,ad quod diligimus nos ipsos: vt sicut nos
ipsos diligimus ad vitam æternam,sic & proxi-
mos nostros,ad vitam ęternam debemus dili-
gere.Oportet.n.ꝙ ex fine sumatur omnis ratio
dilectionis. Nam finis se habet in diligibilibus
sicut principia in speculabilibus: sicut ergo prin
cipiis credimus propter se,conclusionibus autẽ
propter principia: ideo plus credimus princi-
piis quàm conclusionibus: sic finem diligimus
propter se,alia autem propter finem. Deus aũt
est diligendus,quia ipse est finis,& beatitudo no
stra,ideo est summè diligendus.Nos autem de-
B bemus diligere nos ipsos propter hunc finem,
vt coniungamur ei:proximos autem pp hunc
finem,vt associemur eis in huiusmodi fine. Et
quia plus est vniri fini, q̃ associari aliis in vnio-
ne ad finem,plus debemus diligere nos ipsos,q̃
proximos nostros. Corpora autem nostra de-
bemus diligere propter hũc finem, & pp hanc
beatitudinem, vt quia a beatitudine illa in ani-
ma, redundabit beatitudo in corpus,sicut enim
quum quis est lętatus in anima,a letitia quæ est
in corde resultat pulchrior color in corpore:
sic in patria & multo magis,a decore,& beatitu
dine in anima, redundabit decor & beatitudo
in corpore:ppter ꝙ corpus nostrum est quar-
to loco diligendum.Corpora autem proximo
C rum debemus diligere tanq̃ ea quæ nostris cor
poribus associabuntur in participatione secun-
dum talem resultationẽ talis beatitudinis: ideo
corpora proximiorum sunt vltimo diligenda.
Assignauimus ergo (vt est per habita manife-
stum)in hoc genere diligendorum(prout sunt
ea quibus volumus bona) quinq; gradus.Quia
primo volumus bonum diuinum ipsi Deo.Se-
cundo volumus huiusmodi bonũ vniri nobis.
Tertio volumus in illo bono associari nobis
proximos nostros.Quarto volumus illud bo-
num aliqualiter resultari in corpora nostra.
Quinto volumus in tali resultatione associari
corporibus nostris corpora proximorum. Sed
sicut assignauimus ordinem in his quæ diligi-
mus, tanquàm ea quibus bonum volumus: sic
D possumus assignare ordinem in his quæ diligi-
mus,tanq̃ quędam bona quæ nobis,vel aliis vo-
lumus,quæ sunt in triplici ordine.Nam primo
est ipsa dilectio,siue charitas, quę est mater om
nium.Secũdo sunt aliqua interiora bona.Ter-
tio possunt etiam sic diligi exteriora bona: quę
omnia etiam propter finem,& ppter beatitudi-
nẽ debemus diligere.Charitatẽ ergo,& omnia
illa bona,sine quibus nũquã est charitas,& quę
nunquã sunt sine charitate,debemus primò di-
ligere,tanq̃ ea sine quibus beatitudo haberi nõ
potest,& tanq̃ quibus habitis,a beatitudine fru
strari non possumus.Bona autem illa interiora
debemus diligere ex charitate tanq̃ cõsecutiua
finis, & quasi adminiculantia ex propinquo.
Bona

bona etiam exteriora possumus diligere nobis & aliis,tāquam aliqualiter iuuantia ad finē quodam modo ex longinquo.Sed hæc omnia nō propriè diligimus tanquàm ea,quibus bonum volumus,sed tanquàm quædam bona quæ ex charitate nobis vel aliis diligere possumus. Nā & ipsam charitatem debemus nobis & aliis ex charitate velle.& diligere,vt sic verificetur in nobis illud Canticorū primo,Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatē. Qui enim vino charitatis inebriatur,à recto ordine dilectionis non distrahitur: immo magis ipsum tenet,& continet:vt inebriati hoc modo, omnia diligenda suo ordine diligamus.

Cap. XV. In quo ostenditur quæ, & quot bona facit in nobis diuinus amor, siue dilectio charitatis.



Volentes autē complere omnia quæ de dilectione diximus:volumus enarrare quę,& quot bona facit in nobis dilectio charitatis, quia de hac dilectione loqui intendimus. Propter quod sciendū,ꝙ secundum Aug. 13. confessionum, cap. 9.et. 11.de ciui. Dei cap. 28.Quòd illud quod est pōdus in corporibus,est amor in spiritibus. Vnde ait,Pondus meum,amor meus,eò feror quocunque feror.Possumus autem dicere, ꝙ accipiēdo pondus large sicut accipit Aug. pro omni eo quo feruntur corpora in loca sibi cōuenientia,quinq; consequūtur corpora ex suo pondere.Nam primo corpora per pondus, in loca sua tendunt.Secundo locis suis vniuntur. Tertio,locis suis assimilantur. Quarto,in eis cōseruantur.Quinto,ibidem quiescunt,vt grauia per grauitatem ad centrum tendunt,eiq; vniuntur:assimilantur centro secundū ꝙ conseruanē, & quiescunt ibidem: respectu centri loci sui omnia ista concurrunt.Dicuntur enim res suis locis assimilari,& ibidem conseruari: quia quum in locis suis quiescant,& nihil quiescat in eo ꝙ est simpliciter sibi dissimile,oportet ꝙ locata sicut in locis suis quiescunt,sic aliquā similitudinē habeant ad loca sua,vel aliquam similitudinem cōtrahant,ex eo ꝙ sunt in locis suis: consequēs etiam est,ꝙ in suis locis cōseruentur ratione cōformitatis,quam habent ad ea,vel quam cōtrahūt ex eo ꝙ sunt in eis.Hæc autem quinq;,quæ dicta sunt de corporibus respectu sui pōderis, vera sūt de spiritibus respectu sui amoris, & maxime,quum per amorem ferūtur in Deum: quod fit per virtutes,qui motus quodammodo est naturalis vel est conueniens naturæ, quia & si fit per gratiam,gratia non tollit naturam,sed perficit eam. Nam ferri secundum vitia, est ferri cōtra naturam:nam omne vitium est contrarium

A naturæ,vt vult Augustinus vndecimo de ciuitate Dei,cap. 17.Sicut ergo corpora in locis contra naturam non quietantur:sic quum animus fertur in aliquid per vitium non quietatur,immo per hoc magis habet pœnā,iuxta illud Augustini primo cōfessionum cap. 12. Iussisti Domine,& sic est,vt pœna sua sibi esset omnis inordinatus animus. Quum ergo mens fertur per amorem in id quod est secundum naturam,vel in id quod est conueniens naturæ,vel quod pficit naturam,secūdum quem modum fertur in Deum,quòd potissime facit in nobis amor charitatis,dicemus ꝙ secundum talem motum, & secundum talem amorem, natura spiritualis cōsequitur quinq;, correspondentia illis quinq;,

B quę consequuntur corpora, prout per pondus ordinantur in locum sibi conuenientem.

Nam hmōi charitatis amor facit nos in Deum tendere: vnit nos ei: transformat nos in ipsum: facit nos de Deo gaudere & in ipsum quiescere. Facit primo talis amor in Deum tendere.Nam quum pprie talis amor sit diuinus & in omnibus faciat nos habere Deum tāquā finem, quia nos facit diligere omnia propter ipsum, quum res quælibet naturaliter tendat in suum finem, consequens est,ꝙ hoc sit de natura huius amoris, ꝙ præ cunctis nos faciat desiderare Deum. & in ipsum per desiderium tendere. Habet etiā huiusmodi amor, nos Deo vnire, quia hoc est de ratione amoris,ꝙ sit quædam virtus vnitiua

G amantis cum re amata, vt dicit Augustinus de Trinitate cap. 10. & Dionysius quarto de Diuinis nominibus, vbi ait, ꝙ omnem amorem, siue Diuinum, siue Angelicum,siue intellectualem, siue animalem, siue naturalem, vnitiuam quandam dicimus esse virtutem. Inde est ergo quòd Apostolus prima ad Corint. cap. 6. dicit quòd qui adhęret Deo (scilicet per amorem) vnus spiritus est cum illo. Tertio huiusmodi amor habet nos in Deum transformare. Nam plus facit amor, q̄ faciat scientia, quia scientia assimilat tantum. Sufficit enim quòd in sciente sint similitudines scitorum ad hoc quòd illa scita sciantur ab eo. Immo aliquādo maior est cognitio rei scitę per similitudinē,quàm per essentiam eius: vt Angelus de seipso habet cognitio

D nem per essentiam suam: Deus autē non habet cognitionem de re creata per essentiam rei creatæ, sed per essentiam suam quæ est similitudo & exemplar omnium creaturarum. Incomparabiliter tamen pleniorem cognitionem habet Deus de Angelis, quàm Angeli de seipsis. Vnde Dionysius sexto de Angelica Hierarchia, vult, quòd quanti & quales sunt cęlestes spiritus,solus princeps,idest,Deus perfectiones eorum nouit:(& subdit) quòd ipsi Angeli dicuntur proprias ignorare virtutes:quod intelligendum est respectu Dei: quia adeò est clara cognitio,quam habet Deus de Angelis, vt respectu illius cognitionis dicantur Angeli ignorare

ſeipſos. Scientia ergo aſſimilat, ideſt, ſufficit aſſimilatio ad ſcire. Sed amor transformat, quia ſi ſit perfectus amor, oĩno vult eſſe amans idẽ, qđ res amata. Ideo dicit Dionyſius. 4. de diuinis nominibus, ꝙ amor ponit rem extra ſe, & collocat ipſum in re amata. Quarto amor Diuinus facit nos de Deo gaudere. Nam quum habeat nos transformare iu Deum, & facere nos Deiformes. & diuinos, conſequens eſt, quòd faciat nos gaudere de rebus diuinis. Nam ex coniunctione conuenientis cum conuenienti, de neceſſitate ſequitur delectatio, & gaudium. Huiuſmodi ergo amor, qui nos transformat, & conformat rebus diuinis, facit nobis diuina eſſe delectabilia. Pondus ergo in eorporibus, facit quòd corpora tendant ad illum locum in quo

B

conſeruãtur. Sic amor iſte diuinus facit nos delectabiliter tendere in Deum & eſſe in ipſo; & per conſequens quãtum eſt de ſe, facit nos perſiſtere in Deo, & conſeruat nos in ipſo, quia quilibet libenter perſiſtit in actu delectabili. Et quia ſic eſt, ideo inter cętera ſigna, hoc eſt valde magnum ſignum, quòd homo ſit in charitate, & quòd habeat huiuſmodi amorẽ, quando delectatur in rebus ſpiritualibus, & diuinis. Certitudinaliter quidem ſcire non poſſumus: Vtrum amore, vel odio digni ſimus, vt dicitur Eccleſiaſtes. 9. ſed per ſigna valde probabilia, vt ſi non habemus remorſum conſcientiæ: ſi libenter audimus verba diuina: ſi delectamur in verbis diuinis: confidere debemus, quòd in charitate ſumus. Quinto hmõi amor charitatis facit nos in Deo qeſcere: qa mens delectata in aliquo, (ſm quòd delectaƭ) quieſcit in illo, & maxime ſi delectaƭ in eo finaliter; quã delectatiõnẽ finalem de Deo, facit in nobis diuinus amor. Erit ergo huiuſmodi ordo, quòd huiuſmodi amor charitatis, primo incipit: ſecundò perficit: tertiò ſic perfectus, facit amatorem dicere cum Paulo, Cupio diſſolui. ratione delectationis diuinæ, & eſſe cum Chriſto, ſiue eſſe in Deo, & quieſcere in ipſo. Ergo ſecundum hunc amorem, incipientes per deſiderium in Deum tendunt: perficientes ei vniuntur: perfecti quaſi omnino Deiformes, in Deum transformantur: transformati, nihil eſt eis aliud delectabile, niſi Deus: ſic autem de Deo delectati quieſcunt in ipſo. Ergo ſi dubitas; Qualiter debemus Deum diligere: Dico quòd debemus ipſum diligere ſine modo: vt diligamus ipſum quantum poſſumus extenſiuè, & intenſiuè (vt ſuperius dicebatur) vt omnia ordinate diligamus ꝓpter ipſm, quem diligendorũ ordinem ſuperius exprimebamus. Debemus etiã ſic eum diligere, vt in eum tendamus, vt ei vniamur, vt in ipſm trãſformemur, & delectemur in ipſo, & quieſcamus in ipſo.

A

Cap. XVI. *In quo oſtenditur, quomodo ex quinta laude diuinæ ſapientiæ, uidelicet, quia eſt omnibus propinqua, & proxima: ſoluitur quinta quæſtio, qualiter debemus Deum timere, et ei in omnibus obedire.*



Xpeditis quatuor ꝑpoſitis quæſtionibus, & adaptatis ad quatuor laudes diuinæ ſapientię: Volumus expedire qõnem quintã. ſ. quomodo dẽmus Deũ timere, & ei obedire: quam expediemus ſecundũ quintã laudem diuinæ ſapientiæ. Erat enim quinta laus, quòd illa ſapientia omnibus eſt propinqua. Nã huiuſmodi ſapientia attingit (vt dicitur Sap. 8. a fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Quod non eſſet, niſi ſuper omnia diuina opera eſſet diffuſa: & niſi omnibus eſſet propinqua & intima. Ponuntur autem cõmuniter tres modi, quomodo Deus eſt vbiq; & quomodo eſt propinquus et intimus omnibus: quia eſt vbiq; per præſentiã, omnia videndo & cognoſcendo: per eſſentiã,

C

omnia in eſſe conſeruando: per potentiam, omnibus dominando: quæ omnia poſſumus valde congruẽ diuinæ ſapientiæ adaptare. Nam Deus per ſuam ſapientiam omnia cognoſcit, quia quæcunq; ſunt nota ſapienti, ſunt ei nota per ſapiẽtiam: quęcunq; ergo ſunt nota Deo, ſunt nota per ſapientiam Dei. Et ſicut Deus per ſapientiam ſuã omnia cognoſcit: ſic per eandem omnia in eſſe cõſeruat. Nam ſapientia Dei dicitur eſſe cauſa rerum, & Deus per ſuã ſapiẽtiam dicitur res cauſaſſe. Vnde Auguſt. 15. et. 6. de Trinita. cap. vlt. ait, Vniuerſas autem creaturas ſuas & ſpiritales & corporales non qa ſunt, ideo nouit: ſed quia nouit, ideo ſunt. Vbi vult, ꝙ ſcientia & ſapiẽtia Dei ſint cauſa rerum. Hoc

D

idem etiam Philoſophi aſſeruerunt: vnde Cõment. ſuper. 12. Met. co. 39. dicit, ꝙ ſcientia Dei cauſat res: ſed ſcientia noſtra cauſatur à rebus. Si ergo Deus per ſuam ſcientiam, & ſapiẽtiam cauſat res, oportet quòd ipſe per talem ſapientiam eo modo cauſat res, ſicut ipſe eſt cauſa rerum: ſed ipſe ſic eſt cauſa rerum, ꝙ eas efficit & conſeruat, ergo oportet ꝙ ipſe per ſuam ſapientiam, res in eſſe producat, & in eſſe cõſeruet. Quum enim omnia comparentur ad Deũ, ſicut artificialia ad artificem (quia vt de Deo dicitur Sapientiæ. 7. Omnium eſt enim artifex, omnem habẽs virtutem) oportet ꝙ ſicut in rebus artificialibus volũtas & ſapientia artificis eſt cauſa rerum artificialium: ſic & in Deo, volun-

tas,

tas, & ſapientia ſua ſint cauſa omnium rerum.
Tex. 1. et. 2. Et ideo dicitur in. 6. Metaph. ꝙ in diffinitione
artificiali ponitur voluntas: & artificiatum eſt
volitum, quia ars nō progreditur in opus, niſi
per imperium voluntatis: Agens enim ſecun-
dum artem eſt agēs à propoſito. Inde eſt, quod
cauſæ rerum dicuntur, Dicere Dei: quod perti
net ad ſapientiam, iuxta illud, Ipſe dixit & facta
Pſal. 32. ſunt: & dicũtur velle Dei, quod pertinet ad vo
Pſal. 113. luntatem, iuxta illud, Omnia quęcunq; voluit,
fecit. Quod ſic eſt intelligendum, ꝙ in arte, &
in ſapiētia artificis relucent ſimilitudines, exem-
plaria, rationes, & Ideæ oīum artificialium, quæ
rationes & Ideæ ſunt ſciētiæ productiuæ rerũ.
Sola ergo voluntas artificis non poſſet produ-
cere res, quia in voluntate artificis (vt voluntas
eſt) nō ſunt Ideę & rationes productiuæ rerũ:
ſed talia ſunt in ſapientia, & in intellectu. Ideo
voluntas artificis, mediante ſapientia & intelle-
ctu, progreditur in productionē rerum artifi
cialium. Sicut. n. ſi manus deberet imprimere
formam ſigilli in cera, quia in ipſa manu nō eſt
exemplar figuræ imprimendę, oporteret quod
hoc ageret manus mediante ſigillo, vbi eſt talis
forma: propter quod quantũcunq; manus de-
terminet ſigillum & moueat ad huiuſmodi im-
preſſionem, & quantũcunq; manus poſſit dici
cauſa illius formæ impreſſæ, erit tamē huiuſmo
di cauſa, mediante ſigillo: dicimus enim quod à
forma, quæ eſt in ſigillo, eſt forma, quę eſt in ce
ra. Sic & in ꝓpoſito, vt patet per Phyloſophũ
Tex. 23. 7. Metaphy. à domo, quæ eſt in anima eſt do-
mus, quæ eſt in materia. Quantũcunq; ergo vo
luntas ędificatoris, ſit cauſa ædificii: tamen quia
in ipſa voluntate (ſecundũ quod huiuſmodi)
non eſt exemplar, & imago ædificii conſtruen-
di, non poterit voluntas eſſe huiuſmodi cauſa,
niſi mediante intellectu. Sic ſuo modo, & in ꝓ-
poſito ſe habet. Nam diuina volũtas eſt prima,
& ſũma cauſa omniũ, vt dicit Auguſt. 3. de Tri-
nit. cap. 4. Attamen hæc facit diuina voluntas,
mediante diuino intellectu, & mediante diuina
ſapientia, vbi ſunt rerum omniũ rationes, qui-
bus omnia ſunt condita. Nam (vt dicit Auguſti
nus. 83. quæſtionũ quęſtione de Idæis) non eſt
dicendũ Deum irrationabiliter omnia condi-
diſſe. Et ait. Si hoc rectè dici & credi non po-
teſt, reſtat vt omnia ratione ſint cōdita. Et quia
non eadē ratione conditus eſt homo & equus,
ſed ſingula ꝓpriis ſunt creata rationibus, quas
rationes non arbitrandum eſt eſſe niſi in mēte
creatoris: diuina ergo voluntas vel ipſe Deus,
nullius eſt cauſa, quod non cauſet illud per ſuā
ſapientiam. Sicut ergo Deus eſt cauſa rerum,
ſic cauſabit eas per ſapientiam ſuam. Et quia
Deus eſt cauſa rerũ producens, & conſeruans,
nil conuenientius dici poteſt quàm quod per
ſapientiā ſuam, res non ſolũ in eſſe producat,
ſed etiā in eſſe conſeruat. Imaginabimur. n. ꝙ
& multo amplius, ac etiam efficatius, ſicut à for

A ma ſigilli tanquā ab exemplari cauſa, eſt forma
in materia aliqua: ſic ab exēplaribus rerũ in mē
te Dei, ſunt res in propria natura. Et imaginabi
mur ꝙ res ſunt magis fluxibiles ad retinendam
ſine præſentia Dei impreſſionē factam à Deo,
vel naturam eis impreſſam ab exemplaribus di-
uinis, quàm ſit aqua fluxibilis ad retinendũ for-
mam ſigilli. Sicut ergo ſemper oportet eſſe ſi-
gillum præſens ipſi aquę, vt conſeruetur in ea
forma à ſigillo impreſſa: ſic ſemper oportet
Deum, vel diuinā ſapientiam, vel exēplaria re-
rum exiſtentia in illa ſapientia, eſſe præſentia re
bus, ad hoc ꝙ conſeruentur in eis naturę im-
preſſæ ab exēplaribus illis. Deus ergo per ſa-
pientiam ſuā (vt ſupra diximus) eſt omnia pro-
B ſpiciens, & omnia producens, & conſeruans.
Eſt etiā per huiuſmodi ſapientiam omnibus do
minans: nam dominari potiſſimè attribuitur ſa
pienti, iuxta illud Prouerbiorũ. 17. Seruus ſa-
piens dominabitur filiis ſtultis. His itaq; tribus
modis, videlicet, omnia conſpiciendo, omni-
bus dominando, omnia producendo & cōſer-
uando, eſt Deus vbiq; per ſapientiā ſuam: ſed
quarto modo, eſt in bonis & ſanctis viris, eis
gratiam & dona largiendo: & eſt quinto modo
in malis, iuxta ſua opera, in eis iuſtitiā exercēdo,
vel paratus iuſtitiam exercere. Ex quibus quin-
que habentur quinq;, propter quę quis potiſſi-
mè timet, & potiſſimè obedit Domino ſuo. Nā
ꝙ quis Dominũ ſuum non timeat, vel ei in ſuis
C mandatis non obediat, quantũ ad pñs ſpectat,
ex quinq; poteſt contingere. Primò, ſi non cre
dat illum Dñm omnia cōſpicere. Secũdò, ſi nō
credat ipſum omnibus dominari. Tertiò, ſi non
credit ipſum dominari faciliter: nā ſi quis crede-
ret Dñm ſuum oia ſcire, & eum vbiq; dominari,
tñ ſi opinaretur eũ non dominari faciliter, poſ-
ſet intra ſe dicere ꝙ securè poſſet forefacere cō-
tra dominũ illum, quia etiā ſi talis Dñs poteſt
vbiq; dominari, & vbiq; ſua iudicia exercere, cũ
difficile ſit ei hoc facere, ſuum delictũ remane-
re poterit impunitum. Quartò, quis aliquando
non obedit domino, ſi credat ipſum nō eſſe gra
tioſum & liberalem: dicunt enim homines, qua
re ſeruiemus tali Dño, nihil præmii conſeque-
D mur ab illo: ſed quia hoīes libenter volunt gra-
tias & retributiones, & multum timent perdere
eas, libenter ſeruiunt Domino, & timent offen-
dere eum, quem ſciunt eſſe liberalē, & gratio-
ſum. Quintò, aliquis poteſt eſſe nō ſolicitus ad
obediendum Domino, & ad timendum eum, ſi
credat ipſum non punire mala, vel non inflige
re pęnas, iuxta delinquentiũ delicta. Cũ ergo
Deus, per ſapientiā ſuam, primò oia proſpiciat:
ſecundò oībus dominet: tertiò omnibus domi-
netur faciliter, quia per illā ſapientiā ſic domina
tur ꝙ omnia cōſeruat, ita ꝙ ſtatim perirent res,
ſi ſolum ſe ſubtraheret: quartò Deus per ſapien
tiam ſuam eſt præſens omnibus bonis & iu-
ſtis, dando eis ſuam gratiam, & ſua dona: &

& quinto, est præsens omnibus malis, in eis suam exercendo iustitiam, vel paratus suo tempore iustitiã exercere: omnia igitur valde subsunt dominio eius, cum ad momentum sine ipso esse non possunt. Propter quod, patet, qualiter debemus eum timere. Debemus enim hoc facere tanq̃ ei, cui nullũ scelus nostrum potest esse ignotum: tanquã ei, sub cuius dominio cuncta sunt posita: qui omnibus faciliter dominatur, & ad suum nutum omnia fiunt: tãquam ei, sub quo nullum bonum irremuneratum, & nullũ malum relinquitur impunitum.

Cap. XVII. *In quo ostenditur, quomodo ex sexta laude diuinæ sapientiæ, quod omnia in omnibus operatur et omnimode fœcũda, soluitur sexta quæstio, qualiter pro beneficijs susceptis debemus Deo gratias agere.*



His itaq; peractis, volumus de sexta laude diuinæ sapientiæ agere, videlicet, de eius fœcunditate: quod sic fœcunda est, quod omnia in omnibus operatur. Ideo dicebat psalmus. 44. *Dico ego opera mea regi*, Quasi diceret, opera mea operatus est in me Rex, vel operatus est in me Deus: Ideo ego dico, idest recognosco, & confiteor ea sibi, tanquam opera sua magis, quàm mea. Ex hac autem laude diuinæ sapientiæ quod sic fœcunda est, quòd omnia in omnibus operatur: possumus soluere quæstionem sextam, qualiter pro susceptis beneficijs debemus Deo gratias agere. Ponuntur autem à Dionysio in libro de Diuinis nominibus, cap. 8. & Damasceno, secundo libro. cap. 23. tria esse in omnibus rebus, Substantia, Virtus, & Operatio. Secundum quæ tria, possumus tangere quinque, quæ diuina sapientia, propter suam fœcunditatem, operatur in omnibus rebus. Nam ipse Deus, per suam sapientiam, omnibus rebus dat substantiam, virtutem, & operationem: & omnia conseruat in sua substantia, & virtute, & etiam in sua operatione. Largitur enim Deus per suam sapientiam omnibus rebus substantiam, & naturam. Nam (vt probat Dionysius in. 4. de Diuinis nominibus) Binarius non habet rationem principii, sed vnitas: ideo quibuscunq; duobus demonstratis, secundum ipsum, vel vnum causatur ab alio, vel ambo à tertio. Illud ergo, quod à nullo causatum est, consequens est, quòd sit omnium causa. Quia si aliquod esset non causatum ab eo, tunc illa duo sic se haberent, quòd vnum non esset causatum ab alio, nec ambo essent causata à tertio. Nam cum ponatur alterum illorum non causatum, non poterunt ambo illa esse causata ab aliquo. Eo ergo ipso, quòd Deus non est causatus ab alio, consequés est, quòd omnia sint causata ab ipso, vt nulla sit natura, quæ subterfugere possit causalitatem eius. Et non solum ex eo quòd competit Deo negatiuè, vt quia non est quid causatum, possumus ipsum ostendere, esse omnium causam: sed etiam possumus hoc idem concludere ex eo quòd competit Deo positiuè: vt quia est ipsum esse, & quia summè habet esse, ex hoc omnia produxit in esse: & nulla est natura, quę non sit ab eo producta. Dicemus enim cum Phylosopho in. 2. Metaphy. quòd illud quod est maximè tale, est causa omnium aliorum: vt maximè calidum, est causa omnium calidorum: sic illud quod est summè ens, est causa omnium entium. Nam sicut videmus in aliis perfectionibus, sic arbitrari possumus in ipso esse: vt si calor est quędam perfectio, calor, qui est in materia, non habet omnem rationem caloris: quia limitatur iuxta capacitatem recipientis: sed si esset calor separatus, haberet omnem rationem caloris. Sic esse in materia, non habet omnem rationem essendi: sed in ipso esse separato, est omnis ratio entitatis. Nihil ergo quod habet in se materiam vel aliquod materiale, est summè Ens. Deus itaq;, qui est ipsum esse separatum, est summè Ens, & habet in se omne esse, & est causa omnium quòd habeant esse. Naturæ ergo creatæ, quia hoc modo productæ sunt, inquantum communicatum est eis esse, cum omne tale esse sit causatum à primo esse, & ab ipso Deo, qui summè est: consequens est quòd ipse sit causa omnium naturarum. Et hæc est via August. 12. de Ciui. Dei, cap. 5. vbi ait, à Deo, qui summè est, facta est omnium essentia, quæ non summè est. Et Cõment. exponens illud Phylosophi. 2. Metaphys. Id quod est maxime tale, est causa omnium aliorum) ait, Vnum est per se ens, & per se verum omnia autem alia sunt entia, & vera per esse, & veritatem eius. Ab ipso itaq; Deo est omnis natura, ab eo etiam est omnis virtus. Probatur enim in lib. de Causis, quòd Deus in sua actione non indiget alio continuatore. Omnis enim alia natura, & quæcunque alia substantia, continuatore indiget ad hoc vt agat, quia nihil creatum immediatè per suam substantiam agit. Formæ enim substantiales, (vt probat Commentator, septimo Metaphy.) non sunt immediatum principium actionum suarum, sed oportet quòd substantiis & naturis creatis superaddatur eis virtus, quæ sit immediatum actionis principium. Cum ergo res creata agit, vt per actionem vniatur rei actæ, indiget cõtinuatione. i. indiget aliqua virtute sibi peraddita, quæ continuet agens cum patiente: quia cum Agens creatum nõ agat per suam substantiam,

substantiam,non potest sic se continuare passo. A
nec potest in actionem progredi, sed oportet
ꝙ hoc faciat per aliquam virtutem superadditã
suæ naturæ.Nihil ergo creatũ est sua virtus,sed
est participans virtutem. Deus aũt qui immedia
te agit per suam substantiam,& qui non indiget
aliquo superaddito ad agendũ, oportet quòd
sit sua virtus, & quòd non sit participans virtu
tem. Quũ ergo esse, quod est essentialiter ta-
le, sit causa omnium aliorũ, quæ sunt per parti
cipationem: consequens est, quòd Deus non
solum sit summè Ens & sit causa omniũ substan
tiarum,sed tanq̃ id quod est essentialiter sua vir
tus, sit causa omniũ virtutum. Vnde & in libro
de Caussis, virtus diuina dicitur esse virtus virtu
tum: nam in.16. propositione dicti libri scri- B
bitur, quòd omnes virtutes pendentes sunt
per infinitum primum, quod est virtus virtu-
tum. Diuina itaq; sapientia sic est fęcunda in
rebus, quòd est causa in eis omnium naturarũ,
omnium virtutum, & etiam omnium opera-
tionum. Nam operatio in rebus semper depen
det ab eo quod est primum operans: sicut om-
nis motus hic inferius secundum naturæ cur-
sum quem videmus, dependet a primo motu:
ita quòd si cessaret primus motus, (nisi Deus im
mutaret hunc ordinem quem indidit rebus) ces
saret & omnis alius motus. Vnde Philosophus
Tex.1 8. Physi. appellauit motum primum, vitam in
8. Cal.110. entibus, quia (secundum Com.) ille motus
primus, respectu omnium aliorũ mobilium, se C
habet quasi vita, quia suo modo se habet, sicut
Anima in rebus viuis. Nam sicut motus vitæ in
rebus viuis fit ab anima, ita quòd separata ani-
ma, nullus motus vitæ remanet in corporibus:
sic suo modo omnis motus simpliciter in om-
nibus aliis rebus mobilibus fit a primo motu,
ita quòd cessante illo motu, cessaret omnis alius
motus. Ita igitur, quia Deus est primum ope-
rans, est causa omnium aliarum operationũ,
& eius est efficere omnia alia opera. Ideo dice
Ioan.15. bat Dominus in Euangelio, Sine me nihil po-
testis facere. Et Isaia. 26. scribit, Omnia enim
opera nostra operatus est in nobis Dominus
Deus noster. Quartò tanta est fęcunditas di-
uinæ sapientiæ, quòd non solum omnibus dat D
substantiam, virtutem, & operationem: sed om
nia conseruat in sua substantia, & in sua virtu-
te. Vnde August. in libro Confessionum ait,
Sine eo esse volebam, sine quo esse non pote-
ram. Propter quod, sicut omnes substantię con
seruantur à Deo, in suo esse: sic etiam conseruã-
tur omnes virtutes: alioquin, non esset Deus
virtutum. Quinto, tanta est fęcunditas diuinæ
sapientiæ, quòd non solum eius est creare om
nia opera aliorum, sed etiam eius est omnia con
seruare in suis operibus. Distinguẽtes hanc cõ
seruationem a conseruatione substantię & vir-
tutis, ipsam autem conseruationem substantiæ
& virtutis non distinximus abinuicem: quia &

A substantia & virtus creaturarum sunt de gene-
re successiuorum, & maximè si illa operatio vel
illa actio sit fundata in motu, secundum quem
modũ loquitur de actione ille Auctor. 6. Prin
cipiorum, in cap. 3. de Actione, qui ait, quòd
omnis actio in motu fundat̃. Cum ergo aliud
sit esse successiuorum, & aliud sit esse permanen
tium. (quia successiuorum esse, est in ordine par
tium, non in simultate partium: nam cum totus
motus factus est, nullus vlterius motus est: qđ
innuit August. ii. confessionum, ca. 13. vbi vult
quòd quia nostri anni transeunt, ideo isti anni
tunc omnes erunt, quum omnes non erunt.
Non est ergo esse successiuorum in simultate
partium, vel in complectione partium, vel in
B esse totum: sed in ordine partis ad partẽ, vt tam
diu durant successiua, quàm diu pars succedit
parti: & quum totum successiuum factum est,
non amplius est. Permanens autem, econtra;
non est propriè, nisi quum totum est:) opor-
tet nos alr̃ loqui de conseruatione in esse vnius:
& aliter de conseruatione alterius. Propter
quod, per se mentionem fecimus de conserua-
tione rerum in operibus suis, distinguentes hãc
conseruationem a conseruatione rerum in suis
substantiis, & virtutibus. Deus autem non so-
lum dat rebus ꝙ operentur: sed etiam dat eis ꝙ
conseruentur in operibus suis. Ideo August.
9. de Genesi ad literam, cap. 15. dicit, Si Deus
subtraheret occultam suam operationem, extin
C cta remaneret operatio naturæ. Innuens ex
hoc, quòd operatio aliorum agentium nõ po-
test durare, nec cõseruari in esse sine operatio-
ne Dei. Ex hac ergo fęcunditate diuinæ sapien
tiæ, quia ita fęcunda est, ꝙ operatur in nobis
substantiam, virtutem, & operationem: & quia
conseruat nos in nostra substantia, & virtute, &
etiam in nostra operatione, apparere potest,
qualiter debemus Deo referre gratias de benefi
ciis susceptis. Nam solus Deus est diues per seip
sum, vt dicitur in libro de Caussis: nos autem Prop.21.
sumus diuites ex mutuatis, inquantum .s. Deus
vult nobis mutuare, & nos participes facere de
bonitatibus suis. Nihil ergo habemus quod
non acceperimus. Ideo Deo tanquã mutuanti;
D & præstanti nobis omnia bona, substantiam, vi
delicet, virtutem, & operationem: & conseruãti
nos in talibus bonis, debemus in omnibus gra-
tias agere, iuxta illud primę Thessalo.5. In om
nibus gratias agite. Aduertendum autem quòd
licet supra, quum agebamus, qualiter debemus Cap.16.
timere Deũ & obedire sibi, aliqua tangeremus
de conseruatione rerum per diuinam sapien-
tiam, & hic aliqua de hoc tetigerimus, nõ de-
bet hoc incõueniens existimari, si ex vno
& eodem multipliciter in Deum fe-
ramur: vt quia Deus conseruat
nos in esse, debemus eum
ex hoc timere, & debemus sibi
gratias agere.

Cap. XVIII. In quo ostenditur, quomodo ex septima laude diuinæ sapientiæ, quia illa sapiẽtia est sic efficax, & uirtuosa, soluitur septima quæstio, quomodo est Deo in omnibus seruiendum.



Ltimo videndum est de septima laude diuinæ sapientiæ, per quam soluemus septimam quæstionẽ, Qualiter debeamus Deo seruire. Non enim est idem omnino, B esse fęcundum, & efficax: sed Fęcunditas magis sonat in multitudine productorum, Efficatia verò in velocitate, & habilitate producendi. Cùm enim illa diuina sapientia sit tantæ efficatiæ, quòd omnia bona ab ea simus sortiti, secũdum omnia debemus sibi seruire. Nam & omnia nobis Deus secundum ordinem suæ sapientiæ dedit, & in omnibus fuit efficax ad dandum. Et ideo secundum omnia debemus sibi efficaciter seruire. Omnia autem nostra in tres partes distinguuntur, scilicet in animam, corpus, & res exteriores. Animam quidem siue animæ potentias in tres partes similiter possumus diuidere, in Intellectum, voluntatem, & in potentias C inferiores, quæ sunt potentiæ organicæ. Deo ergo sic debemus seruire, vt omnia ista quinq; ordinemus ad ipsum, & ad obsequium eius, & ad honorem, & reuerentiam ipsius, videlicet, Intellectum, Voluntatem, Virtutes organicas siue corporales, Ipsum corpus, & Ipsas res exteriores. Et debemus ei in obsequium, & in honorem, & reuerentiam eius, efficaciter ordinare nostram mentem siue intellectum, assiduè de ipso meditando. Ideo dicitur Deuteron. 6. Verba, qua ego præcipio tibi hodie, in corde tuo erunt, & enarrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua. Et vndecimo cap. scribitur, Ponite hæc verba mea in cordibus & in D animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate; docete filios vestros, vt illa meditentur etc. Sic enim cor nostrum, & intellectum, mentem, debemus ordinare in obsequium Dei, vt semper meditemur de eo, vt non consentiamus peccato, & ne prętermittamus pręcepta Dei (iuxta illud quod dicebat Tobias filio suo cap. 4.) omnibus autem diebus vitæ tuæ, in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato cõsentias, & prætermittas præcepta Dei. Secundo, debemus seruire Deo, non solum in obsequium Dei, ordinando mentem, & intellectum, assiduè meditando de ipso: sed etiam sic debemus ordinare voluntatem & affectum haben-

A do deuotionem in ipso, vt oremus, & psallamus Deo: & in laudem eius moueamur, non solum mente, idest intellectu: sed etiam spiritu, idest spirituali deuotione, & voluntate, & affectu (iuxta illud primę Cor. 14.) orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente: quæ duo connexa sunt. Nam si diligimus, et deuotionem habemus in lege Dei, oportet q; meditemur de ea: immo in hoc maximè exprimitur, & insinuatur dilectio nostra, & deuotio ad Deum, & ad legẽ Domini, quando tota die, idest assidue meditemur de eo (iuxta illud Psalmi. 118.) Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die mediatio mea est. Tertio debemus seruire Deo, ordinando in obsequium eius, vires animæ inferiores, & virtutes corporales, quæ possunt dici mẽbra nostra, quia sunt perfectiones membrorum, & perfectiones organorum (iuxta illud Apostoli ad Rom. 6.) Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Condescendit enim Apostolus infirmitati nostræ: nam cum posset præcipere, quòd longe amplius, membra nostra, idest virtutes nostras organicas, & vires animę inferiores, & etiam omnia nostra ordinaremus ad iustitiam, q̃ ordinauerimus ad iniquitatẽ: quia longe amplius debemus seruire Deo, quàm seruierimus mundo: ipse tamen Apostolus humanè se volens habere ad nos, condescendit infirmitati nostræ, & mandat quòd conuersi ad Deũ seruiamus Deo, & iustitię: sicut quando eramus auersi seruiebamus iniquitati. Quarto debemus in obsequium Dei ordinare corpus nostrum, ipsum Deũ adorando, genuflexiones, et inclinationes, & reuerentias etiam corporales ei exhibendo. Nam sicut habemus à Deo non solum animam, sed etiam corpus: sic ad obsequium eius vtrũq; ordinare debemus. Ad hoc autem seruitiũ reducitur omnis maceratio corporis, & quicquid in corpore nostro facimus pro Deo, quia totum est ad obsequium Dei. Ideo dicitur Apoca. 14. Timete Dominum, & date illi honorẽ (& sequitur) adorate eum qui fecit Cęlum & Terram, Mare & omnia quę in eis sunt. Quinto debemus ordinare in obsequium Dei ipsas res exteriores, si quas habemus. Nam sicut animam & corpus habemus à Deo; sic ab ipso habemus res exteriores. Ideo scribitur Prouer. 3. Honora Deum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarũ da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino Torcularia redundabunt. Vbi innuitur quòd quum à Deo habeamus ista temporalia, bene vtimur eis, ordinando ea in obsequium Dei, & in pauperes distribuendo ea: q̃d faciendo, Deus multiplicabit nobis ea. Ad hoc autẽ obsequium reducuntur oẽs oblatio-

nes,

Voti paupertatis efficacia. nes, quas facimus in Ecclesia: & quæcunque temporalia in Dei obsequiū ordinamus. Nec sunt peioris conditionis promittentes paupertatem, non valentes huiusmodi oblationes facere, nec temporalia conferre, non habentes aliquid proprium, nec substantiam, de qua hoc possint adimplere: quia promittentes paupertatem (si hoc faciunt diuino spiritu ducti, & si sunt pauperes spiritu) plus offerunt Deo de tēporalibus, q̃ aliquis alius offerat. quia offerunt ei non solum quæ habent, sed etiam quæ possunt habere, vt magis seruitio Dei vacare valeant. Sic totum Deo offerunt, vt de cętero non liceat eis aliquid proprium possidere. Quum ergo quęritur, qualiter debemus Deo seruire: dicemus, quod secundum omnia nostra debemus sibi famulari. Debemus enim ei famulari secundū intellectum, de ipso assidue meditando: & secundum affectum, ad ipsum sine intermissione deuotionem habendo: secundum vires inferiores animæ, eas in Dei obsequium ordinando: secūdum corpus nostrum, corporales adorationes, & genuflexiones, & inclinationes pro eo faciendo, & macerationes in ipso nostro corpore pro ipso tollerando: debemus etiam ei seruire de propria substātia (si habemus ipsam) put facultas se offert, in oblationes ecclesiarum & subuentiones pauperum ordinando. Et in hoc imponatur finis huic tractatui, quem intitulari volumus, De Laudibus diuinæ Sapientię: quia secundum præassignatas causas de diuina sapiētia, omnia a vobis postulata, effectui demandauimus: & soluimus vobis oēs propositas quæstiones. Quod quia, sine te Domine Iesu Christe fieri non poterat, Tibi sit honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

FINIS.



D. AEGIDII COLVMNII A

Romani, Bituricensis Archiepiscopi, et Aquitaniæ Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, doctoris clarissimi,

TRACTATVS

De Prædestinatione, Præscientia, Paradiso, et inferno.



Capitulorum distinctio.

Incipit Tractatus.

Cap. I. Quare boni & saluandi dicuntur prædestinati, mali autem non, sed præsciti tantum: Et quid est prædestinatio: Et quomodo prædestinatio & præscientia distinguuntur.



B Ost distinctionem capitulorum, restat Tractatum cõponere. Dicemus autẽ primo deũ esse prȩscium omnium futurorũ, habet quidẽ præscientiã, tam de dãnandis, q̃ de saluandis: sed præscientia de damnandis dicitur præscientia tantum, de saluandis vero dicitur prȩdestinatio. Cuius rei possemus duplicem causam assignare. Primo quidem, qa deus sic scit bona, ꝙ ea causat: mala autem sic scit, ꝙ ea non causat. Vnde Aug. d. in de Vera innocentia, Omñia quorum deus ipse est auctor, scit: nec tamen omnium peccatorum, quȩ præscit, ipse est auctor. Quorum autem (vt malorum) non est auctor, est vltor. Bonorum autem sic est prȩscius ꝙ etiam est eorum auctor. 1

Verbum ergo illud Auer. in. 12. Metaphy. quòd scientia dei causat res: intelligendum est Tex. 51.

C quantum ad mala. Ex hoc autem patêre potest, ꝙ deus sic præscit damnatos, ꝙ eos non prædestinat ad mortem. Sic tamen præscit saluandos, ꝙ eos prædestinat ad vitam: destinare enim idẽ est ꝙ mittere. Vnde cõmunis vsus loquendi habet hoc de aliquo mittente nuntios in seruitiũ, ꝙ dicitur destinare ei illud. Sed prædestinare idem est ꝙ præmittere. Sicut enim videmus, ꝙ modò homines per diuinum impulsum, & per diuinam gratiam destinantur. i. mittuntur in vitam æternã: sic deus quos ab æterno præuidẽs tales, in seipso prȩdestinauit. i. præmisit suã gratiã, in vitam æternam. Malos autem non impellit ad mortem, & ad miseriam, sed sua malitia vadunt. Sicut ergo deus non mittit eos ad miseriã,

D sic nec prædestinauit, nec præmisit eos ad mortem. Præscientia itaq; saluandorũ, sic est prȩsciẽtia in deo, ꝙ etiam est prædestinatio: quia tales impulsu dei missi sunt in vitam æternã, per gratiam diuinam. Sed præscientia damnandorũ in deo, ita est præscientia, ꝙ nõ est prædestinatio, quia deus nõ mittit, nec impellit malos ad mortem, sed solum dimittit. Secunda autẽ ratio sumitur ex iis, quæ videmus in aliquibus nominibus. Videmus. n. ꝙ numerus superficialis dicitur de numero ducto in se, sicut bis duo faciũt quatuor: & dicitur de ducto in alio, quia bis tria faciunt sex. Tamen quia numerus ductus in sȩ, habet nomen proprium, quia dicitur quadratus; numerus ductus in alio, retinuit sibi nomen cõmune, 2

mune, & vocatus est numerus superficialis: sic A
etiam hoc nomen Propriū, vt patet in Topi-
cis, dicitur de diffinitione: tamen quia diffinitio
habet nomen propriū, propria passio retinuit
nomen cōmune, & appellata est propriū. Sic
etiā in proposito præscientia Dei cōmunis est
ad bonos, & ad malos: tamē quia prę̨scientia sal
uandorū habet nomen proprium, quia nomi-
natur prædestinatio, ideo prę̨scientia damnato-
rum retinuit sibi nomen commune, & dicta est
præscientia solū Ex hoc autē apparere potest,
quid sit prę̨destinatio, & præscientia. Nam prę̨
scientia dicit simplicē Dei notitiam, quā habet
de dānandis; vel si dicit diuinū ꝓpositum, hoc
non est scd̄m ꝙ deus agit vel scd̄m ꝙ proponit B
agere, sed scd̄m ꝙ cessat ab actu vel secundū ꝙ
proponit cessare ab actu. Vel dicamus ꝙ diui-
na præscientia est notitia, quā habet deus de dā
nandis, prout proponit aliquos indurare, idest
permittere ꝙ indurentur, qui Indurati dāna-
buntur. Nā deus non dr̄ indurare impartiendo
malitiā, sed cessando ab actu, & nō dando gra
tiam. Exponēdū ergo est illud Ro. 9. Deus quē
vult indurat. i. indurare permittit Sed prædesti
natio non dicit Dei simplicē notitiam, sed inclu
dit diuinū propositum cū actu, scd̄m quod ꝓpo
nit aliquibus misereri, & dare eis gratiā in præ-
senti, & gloriam in futuro. Et inde est ꝙ præde
stinatio multis modis a sāctis, & doctoribus de-
scribitur. Aliquando. n. describitur ab ipso fine, C
ad quē boni tendunt, & sic describitur. Præde-
stinatio est aliquorū electio in finem. Aliquādo
describitur a remissione culpę, & scd̄m hoc dici
tur. Prædestinatio est diuinum propositū mise
rendi, idest. a miseria, & culpa liberandi. Aliquā
do ab auxilio describit̄ prædestinatio, per quē
tendit in finem propositū, & recedit ab opposi-
to, vt quia fit per diuinā gratiam: & quia hmōi
diuina gratia quatuor modis considerari pōt,
ideo secundū hoc pōt ipsa prædestinatio qua-
tuor modis describi. Potest considerari primò — *Gratia quatuor modis cōsideratur.*
gratia vt comparatur ad dantem, & scd̄m hoc,
est gratuita donatio; secundū quem modū de-
scribit August. de fide ad Petrum. ꝙ prædesti
natio est præparatio gratuitæ donationis. Se- D
cundo modo potest considerari ipsa gratia vt
comparatur ad recipientem; & secundū hoc,
est prę̨paratio ad beneficia diuina: secundū quē
modū describit eam Magister primo sententia- — *Dist. 35.*
rum, quòd est præparatio beneficiorū dei. Ter
tio modo potest considerari ipsa gratia vt com
paratur ad finem; & secundū hoc, est prępara-
tio ad vitam ę̨ternam: secundū quem modū de-
scribit eam Augu. in de prę̨destinatione sancto — *Cap. 10.*
rū. d. Prę̨destinatio est præparatio ad vitā æter
nam. Quarto modo potest cōsiderari ipsa gra-
tia s̄m se, & sic vt est virtus initiata, dr̄ gratia: sed
vt est consumata, dicitur gloria. Et secundū hoc
describit̄ cōiter a doctoribus, ꝙ prædestinatio
est prę̨paratio grīę̨ in p̄n̄ti, & glorię̨ in futuro.

A *Cap. 11. Quòd deus est præscius omnium futuro-*
rum, & ꝙ rebus necessitatem non imponat,
sed euenire permittit contingentia,
contingenter.



Stendemus in præsenti
capitulo, Vtrum diuina
prę̨scientia, & prę̨desti-
natio, rebus necessitatē
imponat: vt si deus præ
scit hos esse dānandos,
de necessitate dānentur:
& si saluandos, de neces
sitate saluent̄. Et qualis B
necessitas ibi esse cōtingat. Sciendū ergo, quòd
August. 5. de Ciuitate Dei cap. 9. ostendit Ci-
ceronem, & Stoicos, modū oppositum tenuis-
se. Nam Cicero, ne negaret contingentiam a
rebus, negauit à deo prę̨scientiā futurorū. Stoi
ci verò, ponētes omnia sub Fato, dixerunt, om
nia ex necessitate cōtingere. Sed siue Fatum in-
telligamus vim aliquā, siue quācunq; ordinatio
nem syderum, vel secundarū causarum, vt dica — *Gell. lib. 13. Cap. 1.*
tur Fatum à for, faris, vt homo prius corde cō
cipit, & postea per verba exteriora pandit illud:
sic deus ꝙ ab ę̨terno concepit, per secūdas cau
sas, in tēpore manifestat: vt dicant̄ secundę̨ cau
sæ quę̨dam verba exteriora, respectu dei, ꝑ quę̨
C deus fatur, & fando suū propositum manifestat.
Siue per Fatum intelligamus diuinam prouidē
tiam, s̄m quem modū. D. August. 5. de Ciuitate
dei. cap. 8. vult, ꝙ nomine Fati diuina voluntas
aliquando aut diuinum propositū, aliqn̄ verò
ipsa series causarū intelligatur. Quocūq; autem
modo sumatur Fatum, nō oportet à rebus cō-
tingentiam negare: vt negabant Stoici. Nam se
ries secundarū causarum vocat̄ Fatum: cum hu
iusmudi causę̨ in suis effectibus possint impedi-
ri, multa euenient contingenter, vt non semp
stella, cuius est causare humiditatem & pluuiā,
existente in signo cuius est causare humiditatē
& pluuiam, faciet hoc, quia forte impedietur ex
alterius aspectu syderis, cuius est causare siccita
D tem: vel ex indispositione materię̨, quia secūdū
Ptolę̨meum, in Centiloquio, expectandum est
iudiciū a secundis stellis, idest ab elementis, quę̨
forte non sunt disposita ad suscipiendā influen
tiam secūdarū causarum. Et si dicamus ꝙ & ipsa
dispositio materiæ a motu causæ deficeret. Di-
cemus, ꝙ non oportet tantam vnitatem, & vni-
formitatem dare in effectu, sicut in causa; quia
semper effectus deficiunt a causa sua: vt si sem-
per redeunt sydera ad eundem punctum, non
oportet ꝙ semper ordinatè redeat effectus hic
inferius, ad eundem pūctum. Ex hmōi itaq; de-
fectu, quem patiuntur effectus, respectu causa-
rum, multa eueniunt contingenter. In quo de-
struitur error ille, qui ascribitur Platoni, videli- — *In Timæo legitur à princ.*
cet, ꝙ in magno anno, quādo omnia sydera re-

dibunt ad eundẽ punctum,oẽs effectus hic infe A
rius, ad eundẽ punctum redibunt. Vt ſi Plato
nunc eſt in ſcholis,& docet;in fine magoi anni
erit idẽ Plato in eiſdẽ ſcholis,& docebit eoſdem
ſcholares:quod omnino ridiculũ eſt dicere: qa
quorũ ſubſtantia deperit ,non redeunt eadẽ nu
T.c.70. mero ,vt habetur in fine ſ 2.de generatione.Sed
ſiue in magno anno omnia redeant ad eundẽ
punctũ,ſiue non,propter totã hmõi ſeriem cau
ſarũ , non denegabimus a rebus contingentiã:
quia hæ cauſæ in multis deficiunt in ſuis effecti
bus , quia poſſunt à multis mediis impediri in
ſuis effectibus. Et etiã effectus iſti multum defi-
ciunt a ſuis cauſis , vt non vniformiter redeant
ſicut cauſæ , ratione cuius multa contingenter
eueniũt.Quòd ſi in iis, quæ dependent a motu B
cęli,multa contingenter eueniunt, conſequens
eſt multo magis in iis, quæ dependent a libero
arbitrio : quia liberum arbitrium virtuti ſiderũ
non poteſt eſſe ſubiectum directè.Sed dicemus
cũ philoſopho in de generatione.Quod futu-
rus quis incedere, non incedit, quãtũcũq; ſecũ-
dæ cauſæ,q̃tum eſt de ſe,habeant,ꝙ iſte debeat
incedere.Ex hoc poſſumus dicere ,ꝙ iſte eſt fu-
turus incedere: poterit tamen impediri.& pote
rit eſſe,ꝙ non incedet. Igitur,ſi per Fatum intel
ligatur ſeries ſecundarũ cauſarũ , non oportet
omnia euenire ex neceſſitate,ſicut Stoici poſue
runt. Sed ſi per Fatũ intelligatur diuina proui-
dentia, quãuis hæc non ſit propria locutio , qa
ſcdm Auguſt.5.de Ciuitate dei.9.cap. Qui po C
nit omnia ſub Fato eſſe,quia omnia ſunt ſub di-
uina prouidentia,ſententiã teneat,linguã corri
gat. Ac ſi diceret,ꝙ non deberet diuina proui-
dentia Fati nomine nuncupari . Quicquid ta-
men ſit de nomine ,ſi volunt Stoici, omnia eſſe
ex neceſſitate,quia omnia ſunt a deo prçuiſa:di
cemus, quòd omnia cõparantur ad deũ,ſic etiã
futura , ſicut præterita , & prçſentia . Sed in iis
quç ſunt præſentia , eque certi ſumus , & eque
non fallimur in contingentibus,ſicut in neceſ-
ſariis:vt ſi præſentialiter video cęlũ moueri , &
auẽ volare,eque non fallor, & eque certus ſum
de volatu auis, ſicut de motu cęli,quãuis cęlum
moueatur neceſſario,& auis volet contingẽter,
Sed quia totus ille decurſus eſt deo prçſens : in D
nullis fallitur,& in omnibus eſt infallibiliter cer
tus: ſiue neceſſario, ſiue contingenter eueniant.
Non ergo tollemus contingentiã a rebus pro-
pter infallibilitatẽ diuinæ ſciẽtiæ.Dicemus ergo
ꝙ diuina præſcientia vel poteſt dicere ſimplicẽ
dei notitiã,vel poteſt includere diuinũ propoſi
tũ.Si autẽ dicit ſimplicem dei notitiã, ſic ſecũdũ
Magiſtrũ primo ſententiarũ,diſt.38.nõ eſt cau-
ſa rerũ,niſi cauſa ſine qua non.Et ſecundũ hũc
modũ,ſcire dei non ponit neceſſitatẽ rebus, cũ
hoc modo,non ſit ſimpliciter cauſa rerũ. Secũ-
dum hoc ergo dicemus, ꝙ ſcientia dei ſuo mo-
do ſic ſe habet ad fienda , ſicut ſcientia noſtra
ad facta.Sicut ergo quæ ſcimus eſſe facta , facta

A ſunt,& ꝑpter noſtrũ ſcire illa non ſunt facta,ita
vt contingenter,& neceſſario eueniant ſecun-
dũ exigentiã ſui generis:ſic quæ deus ſcit fiẽda,
ſunt fienda neceſſario , & contingenter, prout
eorũ genus requirit. Sed ſi diuina præſcientia
includit diuinũ propoſitũ,vt dicatur deus talia
ſcire,quia ſic diſpoſuit ea facere, ſecundũ hunc
modũ ſcientia dei eſt cauſa rerũ. Intellectus.n.
omnis ſpeculatiuus,non eſt cauſa rerũ, niſi ſine
qua non:quia niſi ſpecularetur artifex, nihil ar-
tificialiter faceret: intellectus.n. qui eſt cauſa re T.c.49.
rũ,eſt intellectus practicus: nam ſecundũ philo
ſophũ tertio de anima,Intellectus ſpeculatiuus
extenſione fit practicus:nã prout ſe extendit ad
opus, ſe extendit ad effectum , ſiue ad volun-
B tatem artificis , cum vult per intellectũ aliquid
operari. Vnde dicitur.6.metaph.quòd in diffi- Co.t.et.2.
nitione artificiati ponitur voluntas,& omne ar
tificiatum eſt volitũ:quia(vt diximus) intellectus
non fit practicus ,niſi per imperiũ voluntatis.
Igitur ſi ſic accipiatur diuina prçſcientia, prout
includit diuinum ꝓpoſitum,vel diuinã diſpoſi-
tionem,adhuc non imponit neceſſitatẽ rebus:
quia ſm Auguſt.in de ciui.dei,Deus ſic admini 7.cap.30.
ſtrat res, vt eas ꝓprios curſus agere ſinat.Quã-
tũcunq; ergo deus diſpoſuerit de rebus. huiuſ-
modi diſpoſitio ſinit agere res ꝓprios curſus.
Quç contingentia ſunt contingenter eueniũt;
& quæ neceſſaria, neceſſario.Decipiebantur er
go Stoici,ꝑpter Fatum,a rebus contingentiam
C remouentes.Quia ſi ſic hoc eſſet, vel eſſet rõne
infallibilitatis, vt quia diuina præſcientia falli nõ
poteſt:quod nõ poteſt eſſe,cum totus decurſus
rerum ſit deo prçſens;& quæ ſunt nobis pñtia,
q̃tumcunq; ſint contingentia,non fallimur , iu-
dicando de eis. Nec ratione cauſalitatis,cum ſic
deus cauſet,& prouideat, ꝙ eas ſinit currere ſe-
cundum proprios curſus. Valde igitur decipie-
bantur Stoici, ſed multo magis Cicero,negans Lib.de Fato.
ſcientiam à deo vt res contingenter euenirent,
Nam , vt ait Auguſt.5. de Ciuitate dei, cap. 9.
Confiteri deum eſſe,& negare illum præſcium
futurorum,maxima inſania eſt. Et idem ibidem,
Qui confitentur deum eſſe,& negant eum præ
ſcium futurorum,non dicunt aliud,q̃ dixit inſi-
D piens in corde ſuo,ꝙ non erat deus. Et ſubdit:
Qui.n.non eſt prçſcius omnium futurorũ, nõ
eſt vtiq; deus. Nomine enim dei intelligimus in-
tellectum quendã ſeparatum,in quo nulla po-
tentialitas eſt admixta. Sed ſm philoſophum in
lib.de Bona fortuna.vbi plurimus intellectus,
ibi minima fortuna.Ergo vbi omnis intellectus,
ibi minima fortuna. Qui n.multum habet de
intellectu, multa prouidet,& pauca ſibi accidũt
caſualia.Sicut ergo ſi eſſet albedo ſeparata, ha-
beret in ſe omnem rationem albedinis: ſic quia
intellectus diuinus eſt omnino ſeparatus,habet
omnem rationem intelligendi . Negare itaq; à
deo intelligẽtiam futurorum, eſt negare ipſum
intellectum ſeparatum, & per cõſequens eſt ne-
gare

gare ipsum esse deū: hoc enim intelligimus nomine Dei, Intellectū scilicet separatum. Oportet ergo hic per viam mediam ambulare, vt nō teneamus alterum extremorum cum Cicerone, excipiente à deo futurorum intelligentiam: nec alterum extremorum teneamus cum Stoicis, a rebus contingentiam auferentibus: sed dicemus ꝙ deus omnia præscit, & ꝙ in sua præscientia minime fallit. Propter quod sic futura cognoscit, sicut sunt, & etiam contingentia: falleretur.n.deus, si aliter futura præsciret, q̄ essent: & quia non fallitur, quę sunt ventura contingēter, scit contingenter euenire; & quæ necessario, necessario. Simul ergo stant diuina præsciētia, & futura contingentia, nec vnum alterum tollit.

Cap. III. Quòd si diuina præscientia aliquam necessitatem imponeret rebus, illa necessitas contingentiæ non repugnat.



QVia nescit ītellectus hominis quiescere in materia hac, oportet de ipsa multas distinctiones adhibere. Nam qa quicquid deus præscit, necessario est euenire, oportet aliquā necessitatem esse in omnibus à deo præscitis: quòd si ipsa contingentia sunt ipsi deo nota, antequā fiant, etiam quod est deo notum, necessario est euenire. Consequens ergo est. ꝙ & ipsa contingentia, vt sunt deo nota, quodāmodo necessario eueniant. Propter qd oportet de ipso necessario distinctiones facere. Faciemus ergo de ipso necessario, quantum ad pñs spectat, octo distinctiones, vt ſm quamlibet illarum possit ad qōnem propositam respondere: quòd videlicet necessitas imposita rebus pręscitis, rerum cōtingentiam minime destruit. Est autem prima distinctio de ipso necessario, qd est quædam necessitas quæ contingentiam tollit, quædam quæ roborat, & cōfirmat: sicut est immobilitas aliqua, quæ mobilitatem tollit, scilicet posse moueri: quædam quæ roborat, & cōfirmat, & quæ mobilitatem arguit, vt immobiliter se habeat ad mobilitatem sic, ꝙ nō possit vitare vt non sit mobile. Talis autem immobilitas motum non tollit, sed potius arguit, & cōfirmat. Sic quia deus quæ præscit necessario euenient, quæcunq; deus scit cōtingenter euenire, illa necessario eueniunt contingenter. Præsciētia itaq; dei non tollit cōtingentiam, sed potius confirmat. Sic nec necessitas aliqua, sim immobilitatis tollit motum, sed roborat. Vnde August. 5. de Ciuitate Dei. c. 10. hanc materiā pertractās, ostendit, quòd sicut dei potentiam non minuimus, cum dicimus eum nō posse mori, quia mo- A ri, non est posse, sed nō posse, ideo dicēdo hoc, attribuimus deo impotentiam, vt si hoc posset, impotens esset. Illud ergo non posse, nō tollit posse, sed magis arguit. Sic & quæ deus pręscit necessario eueniunt, ergo quęcūq; Deus scit cōtingenter euenire, illa necessario contingenter euenient. Nō ergo ꝑscientia dei tollit cōtingentiā, sed magis arguit, & cōfirmat. Sic ergo per primā distinctionē possumus ad qōnē rñdere, seu soluere vno modo. Est aūt scda distinctio, ꝙ est quædam necessitas rei, & quædam dicti vel, ꝙ idem est, necessitas in sensu diuiso, & in sensu cōposito; vt Sortes sedens potest ambulare, duplicem sensum habet, vel ꝙ res ipsa, quæ est Sortes, & est subiecta sessioni, potest esse subiecta B ambulationi, & tunc est verus sensus. vel ꝙ totū illud dictum Sortes sedēs posset esse sub ambulatione, & tunc est sensus falsus: quia sic simul sederet, & ambularet, & per cōsequens simul sederet, & nō sederet. In sensu ergo diuiso, quòd Sortes secundū se consideratus, posset esse sub ambulatione, est locutio vera; sed in sensu composito ꝙ Sor. cum sessione posset esse sub ambulatione, est locutio falsa. Sic in proposito: cū dicimus, Hæc res contingens a deo præscita, necessario eueniet) si cōsideret̄ ipsa res, quę est cōtingens, pōt euenire et nō euenire, sed si cōsideratē hoc totū in sensu composito (res simul cū præscientia dei, necessario eueniet) sic est a deo præscita, vt si est præscita contingenter, contin- C genter eueniet: si autem necessario, necessario. Et quia necessitas in sensu composito potest simul stare cum contingentia, vt currens in sensu composito, necesse est currere, dum.n. aliqd currit, necesse est ꝙ currat, quia nō potest simul currere, & non currere: præscientia itaq; dei, qa in sensu cōposito imponit necessitatem rebus, ab eis minime contingentiam tollit. Potest autē cōglutinari illa secunda distinctio cum prima, vt dicatur, ꝙ in sensu composito præsciētia dei contingentiam a rebus nō remouet, sed magis arguit, & confirmat, ſm ꝙ dicebat prima distinctio. Tertia autem distinctio est, quoddam necessarium est simpliciter, quoddam ex conditione: & scd'm hoc soluemus qōnem, tertio modo. D Dicemus.n. ꝙ ex necessitate simpliciter, sunt res necessariæ simpliciter, sed necessitate conditionata, possunt esse necessariæ quæcunq; res contingentes scd'm quem modum distinguit philosophus in Perihermenias, volens ꝙ necessitate conditionata, omne quod est, dum est, necesse est esse. Pręscita sunt ergo a deo necessaria, necessitate cōditionata. Nam quod præscit, oportet ꝙ illud sit futurum, vt vult Anselmus in de Concordia præscientiæ, & prędestinationis. Dicemus ergò, si hoc est præscitum à deo, est necessario futurum. & vt diximus, hoc esse præscitum esse futurum, nihil erit aliud dicere, q̄ si est futurum, necessario erit futurum: secundū quē modum omnia sunt necessaria, vt dicamus, si

Lib. 1. c. 3.

aliquis currit, necesse est quòd currat, quia non
potest currere, & non currere. Necessitas ergo
conditionata simul stat cum contingentia rerũ.
Posset etiam, si alicui curę esset, addi isti distin-
ctioni, vt habilius haberet intentum. Est autem
4 quarta distinctio, ꝙ aliqua sunt necessaria neces
sitate pręcedenti, aliqua sequenti. Hanc distin-
ctionem facit Anselmus dicens vbi supra. ꝙ est
necessitas antecedens, & consequens. Necessitas
consequens, vt si dicatur, Hõ necessario curret:
hæc est necessitas consequens tantum, quia ar
guitur necessitas cursus tantum, ex consequen
ti conditione apposita, videlicet, si curret. Sed si
dicatur sol orietur, si orietur: hoc est duplex ne
cessitas, antecedens, & consequens: antecedens
quidem, quia in ipso oriri solem, vt cum dicit̃,
sol oriet̃, ante q̃ addatur conditio, intelligit̃ ne-
cessitas, quam necessitatem vocat Anselmus ne
cessitatem antecedentem: sed cum postea addit̃
(si orietur) est necessitas non solum anteced ẽs,
sed consequens, vt ex conditione consequente
apposita. In hac itaq; locutione, sol orietur, per
(orietur), est duplex necessitas. s. antecedens &
consequens; antecedens, quæ cogit rem esse: cõ
sequens, quę non cogit rem esse. Sed si dicitur,
(Hõ currit si curret) nulla necessitas est in an-
tecedente, cum dicitur, homo currit: sed solum
in consequente, cum dicit̃, si curret. Cum igitur
dicitur, A, necessario erit, si est à Deo præscitũ,
potest esse ibi duplex necessitas, & vna solũ. Du
plex, quia si, A, quod ponitur futurum esse, est
de se necessarium, est ibi necessitas antecedentis,
cum, A, erit: & necessitas consequentis ex con-
ditione apposita, siue addita. s. si est à deo præ-
scitum. Sed si, A, futurum esse, in se non sit ne-
cessarium, vt si dicatur, A, erit, si à deo est præsci
tum: solum erit ibi necessitas consequens, scili-
cet, si est à deo pręscitum. Et quia necessitas con
sequens nihil de esse rerum variat, talis necessi-
tas permittit res esse, quales sunt secundum se.
Necessitas ergo diuinæ præscientiæ est necessi-
tas consequentis, quia nihil variat rem esse: sed
necessaria, necessario eueniunt; & contingẽtia,
contingenter. Sic ergo possumus per distinctio
nem quartã ad q̃onem soluere quarto modo.
Est autem quinta distinctio, quód quædã sunt
necessaria, relata ad mensuram propriam, quæ-
dam veró prout ad mensuram aliam referũtur.
Dicemus ergo quòd illud quod hic fit successi-
ue, secundum cursum temporis, totum in æter
nitate præsentialiter demonstratur: quia Nunc
fluens facit tempus: & Nunc stans facit ęternita
Lib. 5. pśa. 6. tem, vt ait Boethius. Oĩa ergo sunt in ęternitate
pręsentia, quia omnia sunt ibi stantia, cum nihil
ibi depereat, nec accrescat. Illa ergo, eadem, quę
cõparata ad ęternitatẽ sunt pręsentia, & stantia,
cõparata ad mensuram propriam, cursibus tem
poris peraguntur. Quare si sic in seipsis res prę
sentes sunt, cũ fiunt: sic antequã fiant, deo ęter-
naliter præsentia sunt, & ab ipso pñtia cogno-

A scũtur, vt dicit Boethius in lib. de Conso. Cum Lib. 5. pśa vlt.
ergo res præsentialiter fiant, nõ possunt simul
fieri, & non fieri, sed ẜm alteram partem tantũ:
nec tamẽ propter huiusmodi determinationẽ,
quod fit, necessario fit. Res ergo, anteq̃ fiant,
possunt fieri, & nõ fieri, vt non oporteat eas esse
necessarias simpliciter, nec ex cõditione. Sed cũ
causæ sunt pñtes, licet non oporteat eas esse ne
cessarias simpliciter, quia possunt contingenter
fieri, tamẽ necesse est eas esse necessarias ex con
ditione: quia cum fiunt, necessario est eas fieri, vt
non possunt simul fieri, & nõ fieri, & actu simul
esse, & nõ esse: licet anteq̃ fiant, proportionali-
ter vtrunq; pronuntiari possit. Res itaq; cõtin-
gentes, relatæ ad propriam mensuram, ẜm quã
B sunt futuræ, & tempori subditæ, non sunt de-
terminatę ad alteram partem. Relatæ veró ad
æternitatem, vbi præsentialiter relucent, opor
tet eas esse determinatas ad alteram partẽ, sicut
cum præsentialiter fiunt; quia nisi præsentiali-
ter se habeant, fieri non pñt. Propter illã tamen
talem determinationẽ, nulla necessitas imponit̃
rebus. Et quia necessitas ex pręsentia rei, simul
stat cum contingentia rei; quia possunt pręsen-
tia esse quæ cõtingenter fiunt, necessitas ex prę
sentia dei, rerum contingentiam non euacuat.
Præscita itaq; à deo sunt cõtingentia, relata ad
mensuram propriam, vt ad tẽpus; sed relata ad
ęternitatem, & ad dei præscientiam, quę simpli
ci intuitu omnia cognoscit, necessitatẽ illam cõ
C trahunt, quę competit rebus ex præsentia re-
rum cũ fiunt, quã necessitatẽ, rerum non tollere
contingentiam, põt esse manifestum ex dictis.
Est & sexta distinctio, ꝙ quędam res est necessa 6
ria in se considerata: quędam vero solum vt est
ad aliud relata. Omnia. n. quantũcunq; contin
gentia, & particularia, relata ad intellectum, di-
cuntur esse necessaria: quia ẜm Cõmen. primo Com. 8.
de Anima, Intellectus facit vniuersalitatẽ in re-
bus. Res ergo relatæ ad intellectum considerã
tur sub esse vniuersali, vniuersale autem dicitur
esse semper, & vbiq; quia est abstractum a tẽpo
re, & loco: vnde non consideratur sub esse hic,
& nunc. Eadem ergo res secundũ se erit contin
gens, & particularis; relata tamẽ ad intellectum,
D & cõsiderata sub esse vniuersali, quãdam necessi
tatem cõtrahit: & sic cõsiderata, nõ est corruptio
ni subiecta. Ideo dicit philosophus in lib. prio- 1. cap. 12
rum, Quód Miccalus semper est intelligibile
quantũcunq; Miccalus sit corruptioni subie-
ctus, & contingentię subditus. Relatus tamẽ ad
intellectum, prout reseruat̃ in eo ratio vniuersa
lis, dicit̃ semp esse: talis enim sempiternitas quæ
est per relationem ad aliud, contingentiam nõ
remouet. Sic in proposito: cõtingẽtia in seipsis,
pñt quãdam necessitatem habere vt referuntur
ad intellectum diuinum. Illa tamen necessitas,
nullam cõtingentiam remouet: immo magis eã
roborat: quia & si talia sic considerata necessa-
rio euenirent, patet ꝙ necessario euenirent con
tingenter.

tingenter, quia sic sunt à deo præscita, ꝙ contin
genter eueniant. Sic ergo potest solui quęstio
7. per distinctionem sextam vt quæstio sexto mo-
do soluitur. Est nihilominus & septima distin-
ctio: quędam habent necessitatem omnimodā,
quædam vero solum necessitatem quādam; vt
sic loquamur de necessitate, & cōtingentia, quę
videntur sibi multū obuiare, sicut loquimur de
accessu, & recessu, qui sibi inuicem obuiant.
Quod enim aliquid respectu vnius & eiusdem
habeat omnimodū accessum, & recessum, est im
possibile. Sed quòd aliquid respectu vnius hēat
accessum, respectu alterius recessum: vel ꝙ ali-
quid respectu vnius & eiusdem; vno modo ha
beat accessum, alio modo recessum, non est in-
cōueniens: videmus enim ꝙ idem lapis ascedē
do sursum, recedit deorsum: & quòd habet ac-
cessum, & recessū: sed hoc non est respectu eius
dem. Sic & in proposito: nam sicut accessus, &
recessus, sunt respectu terminorū. sic necessitas,
& contingentia, sunt in rebus creatis respectu
causarum: propter quod sicut respectu diuer-
sorum terminorū eadem res potest habere ac-
cessum, & recessum: sic respectu diuersarum cau
sarum, eadem res poterit necessitatem, & cōtin-
gentiam habere. Quòd. n. res habeat omnimo-
dam necessitatem, & omnimodam cōtingentiā
respectu omniū terminorum, esse nō pōt: sed
habere necessitatē ex parte diuinæ præscientię,
contingentiam respectu causæ proximæ, nō est
inconueniens. Sic etiam nō solum respectu di-
uersorum terminorū, sed etiam respectu vnius
& eiusdem, alio & alio modo, potest aliquid ac-
cedere, & recedere: vt orbiculariter mota, re-
deundo ab oriente, accedunt ad oriens: quia tē
dunt ab oriente, ad oriēs. Attamen esse nō pōt,
ꝙ simul, & respectu vnius, & eiusdē simpliciter
aliquid accedat, & recedat: tamen quòd simpli
citer sit huiusmodi, & secūdum quid, nullum est
inconueniens. Sic in proposito diuinam præ-
scientiam dupliciter consideramus, vno modo
vt solum speculatiue intuetur res, secundū quē
modum infallibiliter cernit: & suum infallibili-
ter cernere, nec necessitatem, nec contingentiā,
imponit rebus. Alio modo consideratur, non
solum vt speculatiue circuncernit res, sed vt est
causa rerum, & vt mediātibus secūdis caussis res
producit, secūdum quē modum est causa entis,
& differentiarū entis, & per cōsequens contin-
gentium, & necessariorū: vt quæ exequitur me
diantibus secundis caussis contingentibus, con-
tingenter eueniunt: & quæ mediantibus necessa
riis, necessario eueniunt. Respectu ergo vnius
& eiusdem, vt respectu diuinæ præscientiæ, ea-
dem res poterit esse contingens, & necessaria.
Contingens quidem prout huiusmodi res cau
satur a diuina præscientia & voluntate median-
tibus caussis cōtingentibus: necessaria vero pro-
ut infallibiliter cognoscuntur per diuinam sciē
tiam ꝙ ex talibus caussis sint facta. Erit ergo ea-
A dem res necessaria, & contingens, modis prædi
ctis: sed contingens erit simpliciter, quia ex pxi
mis caussis contingentibus procedit: necessaria
erit secūdum quid, prout diuina scientia in eius ad-
uentu non fallitur: quod nō falli, nō cogit rem
esse, nisi sicut est. Octauo & vltimo potest distin 8.
gui (vt dicebatur) ꝙ in aliquibus est necessitas cō
tingentis, vel antecedētis: in aliquibus vero nec
hęc, nec illa, sed consequentiæ tantum: sicut po
nit Exēplum Boethius. 5. de consolatione phi
losophica, vbi dicit quòd nulla necessitas cogit
incedere voluntate gradientem, quāuis necessa
rium sit, quādo graditur, eum incedere. Neces-
sarium enim est quòd si Sortes currit, quòd mo
ueatur: & si graditur, quòd incedat. sed talis ne-
B cessitas, non est antecedentis, nec consequentis,
sed consequentiæ tantum. In hac enim necessa
ria conditionali, Si sortes currit, sortes mouet:
non est necessarium antecedens, scilicet Sortem
currere: nec cōsequēs scilicet Sortem moueri:
sed solum cōsequentia, vt si currit, quòd mouea
tur. Sic & in proposito, si hoc est pręscitum a
Deo, ergo veniet. In hoc quòd dr̄, ergo veniet,
non est necessitas: quia cōsequens illud pōt eue
nire contingenter: sed est necessitas consequen
tię tantū: quia ex diuina pręscientia refert hoc
cōsequēs. s. rem euenire. Res tn̄ ipsa potest eue-
nire, & nō euenire: & Deus est liberi arbitrii, qa
posset ordinare, & nō ordinare: & sicut ordina-
C uit cōtingēter, vel necessario, sic cōtingēter uel
necessario eueniet: vt solum necessitas cōsequē-
tiæ sit in ipsis rebus ex diuina pręscientia: quòd
in ipsis contingentibus fieri potest, nec cōtingē
tiam ab ipsis rebus aufert. Cōcluditur ergo insi
ne huius cap. quòd diffuse sumus psecuti, sicut
cōcludit Boethius. 5. de cōsolatione: vt si visus
noster videat hominem currere, & solem oriri,
æque vere pronuntiabit cursum hominis, sicut
ortum solis, licet homo contingenter currat, &
sol necessario oriatur: tamē propter illud infalli
biliter iudicare, nō imponit necessitatem rebus
cōtingentibus. Sic & in proposito, deus pręsen
tialiter, tam pręterita, q̄ futura cernit, nec in eis
fallitur: & tamē propter hoc nō imponit neces
D sitatem rebus, sed cōtingentia cōtingenter eue-
niunt & necessaria necessario, qa cognoscit ea si-
cut sūt: & iō nō tollit cōsulere, & negotiari. Quę
libet ergo creatura faciat prędestinationē suā,
& quilibet bene agat vt saluetur. sciēs quòd nul
lus dānabitur nisi per culpam suam. Videt. n. te
saluandum, & dānandum, sicut videt te comes-
turum. Sicut ergo derideretur ille qui diceret,
deus præuidit me comesturum, ideo de necessi
tate comedam; propter quod nō oportet me la
borare, nec lauare manus, nec ire ad mēsam, sed
veniet bolus, & etiam me inuito introibit in os
meum, quia præuidit deus me comesturum; &
sic fiet. Sic deridendus est ille qui diceret deus
præuidit me saluādum, aut dānandum, ideo nō
oportet eum curare qualiter agat, quia sic eue-

niet, ſicut deus præuidit. Nam præuidit te deus A comeſturum, hoc modo ꝙ debeas tibi prouidere, & procurare cibum, & cętera talia: quæ faciens comedes: & ſi non, non. Sic deus videt te eſſe dānandum, quia debebas dei præcepta ſeruare, vel nō, ideo ſaluaberis vel dānaberis. Hæ autem octo diſtinctiones licet in vnam viā tendant, ſentimus tamē eas, hoc modo intelligēdo dicta ſanctorū de hac materia loquētiū. Et hæc de diuina prędeſtinatione ſufficiant.

DE PARADISO.

Cap. IIII. *Quod Paradiſus poteſt ſumi corporaliter, & ſpiritualiter: & quòd paradiſus ad literam eſt quidam locus corporalis.*



POſt executionem de diuina prēſciētia, & prædeſtinatione, reſtat exequēdum de Paradiſo, & Inferno: & primò de Paradiſo. Sciēdum ergo ꝙ, vt Auguſt. ait. 8. ſuper Gene. ad lr̄am, de Paradiſo eē tres opiniones. Quarum vna tantū corporaliter paradiſum ponit. Alia ſolum ſpiritualiter. Alia vtroque modo intelligi voluit. Et vt Aug. ibidem dicit, tertiam ſibi placere poſitionem, ꝙ paradiſus vtroq; modo intelligatur. Et Dam. 2. lib. c. 9. dicit, quòd ſicut homo ſenſibilis, & intelligibilis poſitus eſt, ſic & paradiſus ſumitur. Qđ autem paradiſus vtroq; modo dicatur, ſcriptura oſtendit. Nam de paradiſo ſenſibili & terreſtri, dicit̄ Gene. 2. Plantauerat deus paradiſum a principio in quo poſuit hominem, quē formauerat. Quod Magiſter. 2. d. 17. exponens ait. His verbis aperte inſinuat Moyſes, ꝙ homo extra paradiſum formatus fuerit, poſtmodū in paradiſum poſitus, ſm̄ quē modū oportet ꝙ paradiſus corporaliter, & ſenſibiliter ſumatur: quia cum homo ſit caput mulieris, & mulier fuit formata in D paradiſo, quia Adam exiſtente in paradiſo miſit deus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius, & formauit inde Euam (vt dicitur Gen̄. 2.) non poteſt intelligi de paradiſo ſpirituali, quia tūc aliqua dignitas in Eua ſpecialiter fuiſſet, quę non fuiſſet in adā, qđ non eſt cōueniens. Oportet ergo ꝙ paradiſus ſumatur corporaliter pro quodam loco amęno, fructuoſo, ac nemoroſo: extra quem creatus homo, poſtea fuit ibidē poſitus diuina virtute. Vnde Auguſt. loquens de hoc paradiſo, dicit. 7. ſuper Geneſim ad literam, ꝙ paradiſus in quo collocauit deus hominem nihil aliud eſt q̄ quidam locus amęnus in terra vbi habitauit homo terrenus. Et idem in loco eodē dicit, Paradiſum intelligi debere locum amęniſſimū, fructuoſum, nemoribus occupatum, magnum, & ſpatioſum, magnóq; fonte vallatum. Sic ergo in Geneſi accipitur paradiſus. ſ. corporaliter. Spiritualiter ſumitur paradiſus, cū dominus dixit latroni, Hodie mecū eris in paradiſo: quod de anima latronis verificatum *Luc. 23.* eſt: & quia anima eſt res ſpiritualis, oportet ibi ſpiritualiter intelligere paradiſum. Quia ergo vtroq; modo ſumitur paradiſus, oportet de vtroq; exequi. Et primo de corporali, de quo multa dicuntur: dicitur enim primo de tali paradiſo, ꝙ homo nō fuit ibi creatus, ſed poſitus: cuius ratio poteſt eſſe, qa non debebat ibi perſiſtere, & ideo non fuit ibi creatus, ſed poſitus. B Vel (vt dicit Magiſter Senten.) quia eſſe in paradiſo attribuitur gratiæ, non naturæ. Lignum autē vitæ in paradiſo erat ſm̄ Bedam: quod lignum eius virtutis erat, vt qui ex eius fructu cōmederet, eius corpus ſtabili ſanitate, & perpetua ſoliditate permaneret: nec ætatis imbecillitate, vel vlla infirmitate in deterius laberetur. Aug. ēt ſuper Geneſi. 8. ad literam, de hoc ligno dicit, quòd ſicut panis ille quem comedebat Elias, *Cap. 5.* habuit amplius q̄ vſitatus panis, quia ab indigētia famis. 40. dierum ſpatio vendicauit Eliam (vt dicit̄. 3. Reg. c. 19.) quia (vt dicitur) ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus, et. 40. noctibus: ſic lignum vitæ, ſiue fructus eius, vim ſuſtentandi, & reſtaurandi, vltra alia ligna habuit. Dei. n. C perfecta ſunt opa: voluit enim deus ꝙ formaliter, & materialiter, poſſet Adam & Eua, ſi non peccaſſent, incorruptibiles permanere, & ſe pręſeruare. Formaliter quidem ex Originali iuſtitia, quæ pprie erat forma animę, cui corpus totaliter ſubiiciebatur. Materialiter vero, ppter lignum vitę. Nam ꝙ non perpetuetur homo, contingit ex hoc, quia nō ita pura eſt reſtauratio alimenti, ſicut eſt deperditi deperditio, habebat. n. hoc lignū præ aliis, vt purius faceret nutrimentum, ex quo tale lignum materialiter faciebat ad perpetuitatem Adæ. Secūdo in paradiſo erat lignum ſcientiæ boni & mali, non ꝙ *Aug. de Gen. ad lit. lib. 8. Cap. 15.* vſus illius arboris, ſiue arbor illa eſſet mala, ſed vt homo cognoſceret ſe tenere ad obediētiam creatoris, fuit ſibi datum præceptum ne ederet de fructu illius ligni: & ex hoc dicta eſt arbor boni & mali, quia in illa erat præcepti futura transgreſſio, in qua per experimentum didicit, quid intereſſet inter obedientiam boni & mali. Erat tertiò in paradiſo corpalis fons magnus, diuiſus in quatuor flumina, vt magna amęnitas ibi eſſet. Vnde Dam. lib. 2. cap. 11. de amęnitate huius paradiſi loquens, dicit, Quòd deus hominem ſcdm propriā imaginem condidit & ſimilitudinem, ſicut quēdam regem, & principē omnis terrę, & eorū quę ſunt in ipſa. Conſtituit autem eum velut in quādam regiam manſionem; in qua beatam vitam duceret: & hæc fuit paradiſus, manibus dei plantata, promptuarium omnis exultationis, & gaudii. quod ſine amęnitate

aquarū

aquarũ tunc esse non poterat. Idẽ ẽt Damasc. dicit quòd hic locus in oriente positus erat, omni terra excellentior, tenuissimo ac tẽperatissimo aere circũfulgens, plantis semper & floribus comatus, bono odore plenus, & lumine repletus. Quarto, in hoc paradiso homo fuit positus, vt operaretur, & custodiret illum. Nam secundum August. 7. super Gen. ad literam, Ante peccatum fuit homo agricola sine labore, solum ad delectationem: qui fuit post peccatum ad laborem, nõ bene custodiens gratiam sibi datam, & ideo inde fuit abiectus. Hæc autem quę de paradiso dicta sunt, ostẽdunt illum esse corporalem, & sensibilem: tum quia nullum spiritualem bonum habuit Eua, quòd non haberet Adam: tum etiam quia ibi erat lignum vitæ, qđ ad esum corporalem erat: tum etiam quia eius arboris boni & mali, indicat corporalem actionem: tum etiam quia ibi erat fons cum fluminibus, quę flumina sm August. Gyon, Physon, Tygris, & Euphrates sunt nominata: tum etiã quia Adam in paradiso positus fuit vt agricola, quòd solum in loco corporali fieri habet: & Adam etiam inde fuit abiectus. Quare patet, quid sit de hoc paradiso dicendum.

De Gen. ad lit. lib. 8. cap. 7.

Cap. V. *Quod paradisus secundum moralem sensum, animam sanctam, lætitiamq; bonæ conscientiæ significat, & figurat.*



Eclarato quomodo accipitur paradisus corporalr, restat videre quomodo sumatur spiritualiter. Sciendum ergo ꝙ August super Gen. ad literam. 8. dicit, Lignum vitæ sumi corporaliter, & spiritualiter: sicut Hierusalem çterna est in cęlis: & etiam in terra est ciuitas, qua illa figuratur. Et sicut Sara, & Agar, quis duo testamenta significarint, tñ erant duæ mulieres: sic lignum vitæ, quãuis significet Christum, tamẽ est quædam arbor in paradiso, scilicet, terrestri: & paradisus licet significet cęlestem patriam, est tamẽ quidam locus corporalis. Vt igitur prosequamur similitudinem de Ierusalem, & Paradiso, dicemus, quòd sicut Ierusalem interpretatur visio pacis, ita & paradisus est locus amęnus, qui quidem in visione etiam pacis, & in tranquillitate consistit, in quibus potissime, amęnitas, & delectatio, habet esse. Dicemus ergo ꝙ paradisus quatuor significat, iuxta quatuor sensus sacræ scripturæ. In sacra enim scriptura significantur voces, & res: secundum significationem vocum, significatur sensus literalis. Nam ille est sensus literalis, qui scdm significationem vocũ, scilicet literarum, occurrit in-

A tellectui primo sine repugnantia. Dicimus. n. sine repugnantia, quia cum dicitur in lib. Iudicum, ꝙ ligna voluerunt cõstituere Regem, nõ est sensus literalis, ꝙ ligna hoc facerent: qa ibi esset repugnantia, cum ligna ratione careant. Quãdo ergo est repugnantia, poterit esse alius sensus: sed illud quòd voces significant, quod se offert primo intellectui sine repugnãtia est sensus literalis. Sensus autem spiritualis est, quod significant res: quæ res tripliciter sumi possunt ad significãdum: quia vel sumi possunt ad significandum quid agendum, & tunc est sensus moralis: vel quid credendum, & tunc est sensus allegoricus: vel quid sperandum, & tunc est sensus

B anagogicus. Vt dicatur sensus moralis à moribus, qui ex actibus nostris dependent. Dicit sensus allegoricus, ab alio, quod est aliud, & goge, quod est ductio, vt vnum significat, & ad aliud ducitur, vt quia ducitur ad aliqua credendũ. Dicitur autem anagogicus, ab ana, quod est sursum, & goge, quòd est ductio, quasi ad ea, quæ sursum sunt, & quæ speranda sunt, ductio. Ierusalem itaq; secundũ literalem sensum significat illum corporalem locũ: secũdũ sensum moralem, significat animam sanctam: secũdum allegoricum, ecclesiam: sm anagogicum, cęlestẽ patriam. Sic paradisus omnes quatuor sensus habet, vt secũdum literam significet quẽdam locũ corporalem. Scdm verò mores, animam sanctam. Scdm allegoricum, ecclesiam. Et secundũ

C anagogicum, cęlestem patriam. De sensu autẽ literali, & paradiso corporali, dictum est. Restat autẽ de tribus sensibus exequi, & primo de primo. Dicamus ergo ꝙ anima sancta, secundum moralem sensum, dicitur paradisus. Illa. n. quatuor, quæ reperiuntur in paradiso corporali, possumus ad animã sanctã adaptare. Nã sicut in paradiso fuit ipse Adam positus dei gratia: sic qa in iniqtatibus cõceptĩ sumus, sm Psalmũ, quòd anima sit sancta, & bona, est diuinæ gratiæ. Immo magis est gratia in anima, quàm fuit in Adam: quia in Adam fuit bonum gratię gratis datæ, in anima nostra, est bonum gratię gratum facientis. Secundò, quia sicut in paradiso

D erat lignũ vitæ: sic in anima sancta est charitas, quæ habet omnia facere viua, sicut lignum vitę, quod corpora reficiebat ad vitam. Tertiò, quia sicut in paradiso erat arbor scientię boni & mali, sic in anima sancta est liberum arbitrium, ꝑ quod possumus bene & male agere. licet enim virtutibus non contingat male vti, (vt vult August. in lib. 2. de lib arbi & Philosophus in Rhetoricis) ipsis tamẽ potentiis, possumus Bene & male vti: ꝑpter quod anima potest dici, arbor scientiæ boni & mali. Quartò, sanctitas vitæ, sine alio, potest dici paradisus: nam sicut homo fuit in paradiso positus à deo, vt operaretur & custodiret illum: sic est positus iustus homo in bonitate & sanctitate à deo, vt operaretur & custodiret illam. Animaduertẽdum tamẽ, quòd

eum dicitur, deus posuit hominem in paradi-
so, vt operaretur & custodiret illum, dupliciter
potest intelligi. Primo modo, vt homo positus
sit in paradiso vt custodiret eum sibiipsi, ne per
peccatum amitteret illum: sic homo est positus
in paradiso bonæ conscientiæ, vt operando
sibiipsi custodiret sanctitatem, idest, paradisum
suum. Secundo modo potest exponi quod di-
ctum est quòd deus posuit hominem in paradi
so vt custodiret ipsum hominem, vt Augusti-
nus exponit, Posuit deus hominem in paradi-
so vt custodiret hominem, idest seipsum: quia
homo videns se in tantis delitiis, in quantis à
deo positus erat, debebat seipsum custodire: qđ
si non fecit, ostendit se ingratum esse, & quòd
non dei culpa fuit, sed hominis ingrati. Sic etiã
in proposito, à deo est quòd homo sit bonæ vi
tæ & sanctitatis, quæ potest dici paradisus. Deus
enim posuit hominem in hoc paradiso, vt ope
raretur, & custodiret ipsum, per bona operat
quod si non fecit, non est culpa dei, sed homi-
nis ingrati. Patet ergo quòd per ista quatuor,
moraliter intelligi possunt de anima sancta, vel
de homine sancto, quę de paradiso corporali
ad literam intelliguntur. Aduertendum tamen
quòd grammatici dicunt paradisum, fęminini
generis: sacra aũt scriptura, quę non est subie
cta regulis grammaticorum, sumit eum in ma
sculino genere, cum dicit, Posuit deus hominẽ
in paradiso, vt custodiret illum.

Cap. VI. *Quòd paradisus secundum allegori-
cum sensum, significat ecclesiam mili
tantem, siue præsentem.*



Stendendum est in hoc
cap. qũo, paradisus, sm
sensum allegoricum, si-
gnificet ecclesiam. Præ-
sens ergo ecclesia, quæ
dicitur militans, merito
dicitur paradisus, qa illa,
quæ diximus esse in pa
radiso corporali, possu
mus ad psitem ecclesiam adaptare. Nam sicut
homo prius non fuit in paradiso positus, sed
cõditus: sic nos ex primordiali generatione no
stra corporali, cum in peccato nascimur, nõ ha
bemus, quòd sumus filii ecclesiæ, sed ex regene-
ratione spirititual: sm quã ab hoc peccato ab-
soluimur. Sicut igitur Adã extra paradisum for
matus fuit, & per deum in paradiso positus: sic
nos nascimur extra ecclesiam, sed per diuinam
gratiam, & regenerationem in baptismo, in ec-
clesiam collocamur. Rursus in ecclesia est li-
gnum vitę scilicet christus, qui est dei virtus, &
1. dei sapientia. Nam de hac ecclesia scriptum est,
quòd est lignum vitæ iis qui apprehendunt eã.
Vnde Aug. 13. de Ciuitate dei, cap. 20. de hoc

A ligno loquens ait, Cætera ligna erant in para-
diso in alimento: illud autem, s. lignum vitæ, in
sacramento erat. Et subdit, quòd sicut fuit lignũ
vitæ in paradiso corporali, sic in paradiso hoc
intelligibili, & spirituali, scilicet in ecclesia, est sa
pientia dei, de qua scriptum est, quod est lignũ
vitæ amplectentibus eã. Possumus autẽ dicere,
ꝙ, lignum, arbor vitę, liber vitæ, sapientia dei, &
virtus, & cætera talia appropriate possunt dici
de filio dei. Nam filius procedit per modum in-
tellectus: ideo dicitur verbum & sapientia pris.
Et quia actio intellectus, dicitur vita, inde est, ꝙ
ipsa vita, & ea quæ pertinent ad vitam, vt lignũ
vitæ, & liber vitę, filio appropriantur. Ideo Ioã
nes volens nobis aliqua enarrare de filio dei di
B cit ꝙ erat in principio apud deum patrem, di-
cens Quod factum est in ipso erat vita: innuens
ꝙ omnia quæ facta sunt, antequã facta essent,
erant in verbo vita, & modo intelligibili: & qa
actus intellectus dicitur vita sm Cõmentatorẽ
12. metaphy. 39. ideo talia, quæ vitam dñt, pos-
sunt appropriari filio: filius ergo qui procedit
per modum intellectus, per appropriationem,
dicetur sapientia, vita, & omnia quæ describun-
tur per modum vitæ. Et ideo merito appropria
tur, ꝙ sit lignum vitæ. Ex hoc etiam dictus est
non solum sapientia patris, sed etiam & virtus:
quia cum pater sit intellectualis naturę, & agat
per suam sapientiam, & per suum filium, omnia
dicitur agere & per verbum suum: & ideo dicit,
C virtus patris ipse filius. Potest ergo ipse Chri-
stus, & ipse filius dei, dici lignum vitę. Cętera. n.
quæ erant in paradiso corporali, erant in alimẽ
to, lignum autem vitę qđ figurabat Christum,
erat in sacramento solum. Arbor autem scien-
tię boni & mali, in ecclesia est transgressio man
dati per experimentum, vt ait Aug. 13. de Ciui
tate dei, cap. 21. Nam, vt dicit idem. 8. super Ge-
nesim ad literam, Lignum scientię boni & mali,
arbor quædam fuit corporalis, cuius esus non
per se malus, sed ratione transgressionis manda
ti. Sicut ergo illa arbor corporalis, in paradiso
corporali, dicitur arbor scientiæ boni & mali,
sic in ecclesia ipsa transgressio mãdati per q̃ ex-
perimur, quid interest inter obedientiam bonã,
D & malam, Arbor scientię boni & mali dici po-
test Vel dicere possumus, ꝙ ipsum mandatum,
est huiusmodi arbor: trãsgressio vero eius, esus.
Fons qui diuidebatur in quatuor capita, signifi
cat in ecclesiæ doctrinam euangelicam: quæ di
uiditur in quatuor Euangelia: per quam doctri
nam irrigatur tota ecclesia, sicut per fontem illũ
irrigatur totus paradisus. Deus etiam posuit ho
minem in hoc paradiso, qui est ecclesia, vt ope-
raretur, & custodiret illum. Quod dupliciter
potest intelligi Primo, vt homo refertur ad hũc
paradisum, quæ est ecclesia, potest esse sensus, ꝙ
deus posuit hominem in paradisum, quæ est ec
clesia, vt operaretur, & custodiat huiusmodi pa
radisum. Nam sicut ecclesia dicta est paradisus
dei

dei, ita potest dici vinea dei, ad quam continue A operarios mittit, vt reddat singulis suos denarios. Positus est ergo homo in ecclesia, quæ dicitur paradisus vt custodiat hũc paradisum, ne per peccatum perdat illum: statim enim ꝙ quis peccat mortaliter, quãtum ad deũ, separatus est a cõmunione ecclesiæ. Secundo modo põt exponi hoc operari & custodire, non vt referatur ad hominẽ prout comparatur ad paradisum q est ecclesia, sed prout refertur ad deum. Nam sicut homo operaẽ terram, multo magis deus hominem: nam homo operatur terram, nõ vt sit terra, sed vt fructificet: deus autem operatur hoiem vt sit homo & vt sit iustus: sine enim deo non possumus esse, neq; iusti, neq; opera iustitiæ facere. Nõ igitur positus fuit in ecclesia, vt B custodiret illam, & vt deus custodiret hunc hominem, faciendo eũ operari opera iustitiæ, sine qua nihil possumus facere.

Cap. VII. *Quòd paradisus secundum anagogicum sensum, significat ecclesiam triumphantem.*



Ostendemus in hoc capitulo quomodo anagogicè per paradisum significatur ecclesia triũphans (vt sit sensus anagogicus, quando ad superna manudicimur, quæ potissime sunt res sperandæ, & illa cælestis patria, siue illa quæ sursum est. quæ est libera, quæ est mater nostra, vt dicitur ad Gal. 4.) Possumus autem dicere, ꝙ nomine paradisi significatur illa cęlestis patria, & illa quæ sursum

Cap. 34. est Hierusalem. Nam ẽm Augu. 12. super Gen. circa finem, Omnis etiam spiritualis quasi regio, in qua bene est animę, paradisus dici potest: sicut dicebatur corporalis paradisus, in quo bene erat corpori. Vnde idem Augu ibidem vbi supra, dicit. Si enim propriè (paradisus) est nemorosus locus: translato autem verbo, omnis etiã spiritualis quasi regio, vbi animæ bene est, D merito Paradisus dicit põt. Tertiũ ergo cęlum, sicut tertiũ genus visionis vbi erit beatitudo nostra, ad quam raptus est Paulus, paradisus dici

2. cor. 12. potest. Vnde ad Corinthios, cum prius dixisset se raptum esse vsq; ad tertiũ cęlum. dicit postea se raptum in paradisum: idem intelligens p paradisum, & per tertium cęlum, quod est visio diuinæ essentiæ, vbi est beatitudo nostra. Præsens ergo ecclesia dicitur paradisus, quia bene est animæ, si bene viuit in ecclesia militante. Paradisus autem cęlestis diciẽ & paradisus paradisorum, quia bene est omnibus ibi existentibus, vbi nullus alteri inuidet, iuxta illud August. 22. de Ciuitate dei. c. vltimo, In illa superna ciuitate, beati magis in se bonum videbunt, vbi nulli superiori nullus inferior inuidebit. Vnde Aug. illam sanctam ciuitatem, paradisum appellat paradisorum. 12. super Gene. Et vt discurramus per singula, quę dicimus esse in paradiso corporali, dicere possumus omnia illa peramplius, & perfectius, esse in paradiso spirituali. Primo homo in paradiso corporali nõ fuit conditus, sed positus: vt daretur intelligi, ẽm Magistrum sententiarũ, ꝙ non erat naturæ, sed gratię. Quod multo magis veritatem habet in paradiso spirituali. s. cęlesti patria, vbi erit beatitudo nostra: nam nullus homo purus à sui natiuitate, est in hoc paradiso conditus, sed solum per gratiam positus. Beatitudo enim nostra supernaturalis B est. Nam videre deum per essentiam naturaliter alicui creaturæ competere nõ potest: quia essentiam suam appellat deus, lucem inaccessibilem, quã vnquã nemo hominũ vidit, nec auris audiuit &c. Non ergo potest homo, nisi per gratiã, paradisum ascendere: sicut nec primus homo fuit in paradiso positus, nisi per gratiam. Possumus etiam dicere, in hoc paradiso spirituali lignum vitæ esse. Nam ipsa sapientia diuina, potest dici lignum vitæ: nec est inconueniens ꝙ dicamus diuinam sapientiam, tam in paradiso corporali, q̃ spirituali esse lignũ vitæ, cum sit caput nostrum, & beatorum, ipse Christus dei filius.

Vnde August. 13. de Ciuita dei. c. 21. loquens de paradiso prout dicit vitam beatam, ipsam sa C pientiam diuinam in hoc paradiso dicit esse lignum vitæ, dicens. Nemo prohibet intelligi paradisum, vitam beatam, & lignum vitę, ipsam bonorum omnium matrem, & sapientiam, siue ipsum Christum. Lignum autẽ scientiæ boni & mali, est in paradiso cognitio speculatiua, quã habent sancti de bonis, & malis Obliuiscent. n. sancti suorum, & malorum pęnam, quantũ ad experimentum, sed quantũ ad cognitionẽ intelligibilem, nequaquã: sicut homo, per grãm, peccatum diciẽ gustasse de arbore boni & mali, qa gustando bonum, cognouit quid intererat per experientiam inter bonum, & malum: sic boni è contra dicũtur gustare de arbore boni & mali, quia gustando tantum bonum, videbũt quæ D differentia sit inter bonũ ipsorum, & malum miserorum, vt vtroq; modo insurgant in dei laudem. Vnde August. 22. de Ciuita. dei. c. vltimo loquens de ciuitate beatorũ, dicit ꝙ Liberata est ab omni malo, & repleta est omni bono, fluens indeficienter iucunditatem ęternorum gaudiorum, oblita pęnarum, & culparum: nec tamen suæ liberationis est oblita, vt suę libertati sit ingrata. Et subdit, ꝙ quantũ attinet ad scientiã rationalem, memor est etiam priorum malorum suorum: sed quantũ ad sensum, omnino est immemor. Fons etiã diuisus in quatuor flumina, est abũdantia beatitudinis, & refectionis animę. Beatitudo autem nostra dupliciter potest capi. Vno modo nomine extenso, prout extendit se

ad omnes potentias, tam sensitiuas, q̃ intellectiuas, tam organicas, q̃ nõ organicas.: ẜm quem modum, fluuius paradisi diuisus in quatuor capita. est refectio animæ, & abundantia beatitudinis, ẜm quatuor potentias animæ, in quibus habent esse quatuor virtutes cardinales, & etiã virtutes aliæ annexę. Hic autẽ est intellectus, in quo habet esse prudentia. Affectus. siue voluntas, in qua habet esse iustitia. Irascibilis, in qua habet esse fortitudo. Cõcupiscibilis, in qua habet esse tẽperantia. Hæ aũt virtutes Cardinales, in præfatis quatuor potentiis animę, habẽt esse. Et sicut hę quatuor virtutes habent esse in illis quatuor animę potẽtiis, ita etiam & annexę virtutes, in eis habent esse. Et quia beatitudo est primum quod reddetur nobis per opera virtuosa facta in charitate quantũ ad adultos, vel in gratia quãtum ad paruulos: dicitur ꝙ nomine extenso beatitudo accepta, ad omnes has quatuor potentias se extendit, in quibus virtutes habent esse. Alio modo accepta beatitudo vt propriè, non potest esse nisi de deo, qui est incõmutabile bonum: & sic sumpta beatitudo, non potest esse nisi in illis potentiis, quæ immediate ferri possint in deum, cuiusmodi est intellectus, & voluntas: quia potentiæ sensitiuæ, & organicæ, cuiusmodi sunt irascibilis, & concupiscibilis, nõ referuntur, nisi ad hoc perticulare bonum. Hoc autem secundũ dupliciter possumus dicere. Primo videlicet, ꝙ fluuius diuisus in quatuor capita, sit abundantia beatitudinis, quæ diuiditur in cognitionem veri, quę pertinet ad intellectum: & in adeptionem boni, quę pertinet ad effectũ: & in securitatem, & pacẽ, quę ptinent ad vtrũq;. Hæc autem ẜm Augustinum faciunt ad beatitudinem: vnde de his omnibus ait August. 9. de Ciuitate dei cap. 12. Quòd vtroq; modo effici beatitudinem dicimus, quam recto proposito natura intellectualis desiderat, hoc est, vt homo incommutabili bono, quod deus est, sine vlla molestia perfruatur: & in eo se in æternum mãsurum, nulla dubitatione trahatur, nec vllo errore fallatur, vt secundum hoc dicamus animã beatam, esse sponsam dei: propter quod dicere

Cap. 1. potest de deo, quod dicit sponsus in Cantica: Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: idest, inter intellectum, & voluntatem. Et secundò dicere possumus, quòd propriè loquẽdo, fluuius ipse est deus, in quo beatitudo nostra propriè, & principaliter est: qui diuiditur in cognitionem veri, & adeptionem boni: in pacem, & securitatem: quæ omnia ad intellectum, & voluntatem pertinent. Aduertendum tamen, ꝙ licet in iis duabus, tanq̃ in excellentioribus, habeat esse principale: ab illis tamen potẽtiis redundabit beatitudo in totam animam, & a tota anima in totum corpus. Erit autem hic ordo: quia ab ipso deo, vbi principaliter & finaliter est beatitudo, redundabit ipsa beatitudo in ipsas potentias ... ncipales, scilicet, intellectum,

A & voluntatem: & ab his potentiis erit redundãtia in totam ipsam animam: & ab ipsa anima fiet in totum corpus: vt totus homo, ẜm omnia sua, dicatur esse beatus, vt de eo verificetur quod dictum est, Quòd ingredieẽ, & egredietur, & pascua inueniet. Vt ingredietur, quãtum ad hominem interiorem, siue quantũ ad potentias non organicas: & egredietur, quantum ad potẽtias organicas, siue quantum ad hominẽ exteriorẽ: & pascua inueniet, quia ẜm vtrasq; potẽtias, erit refectus, & delectatus, et plenus gaudio delectabiẽ. Vel ingredietur, quantum ad beatitudinẽ animę: & egredietur prout illa beatitudo redũdabit in corpus: & pascua inueniet, quia vtroq; delectabitur. Vel ingredieẽ Christi cognoscen-

B do diuinitatẽ, quæ cõis, & vna, & eadẽ est cũ patre, & spũ sancto: & egredieẽ vidẽdo eius humanitatem: & pascua inueniet, quia vtroq; modo delectabitur. Quintò positus est homo in paradiso, vt custodiret, & laboraret illum: dicetur. n. homo tunc operari circa hunc paradisum, & gaudium sempiternum, quia omnes suos actus, omnia sua habebit in hoc paradiso, & gaudio: sicut angeli sancti, licet operentur circa illa ad quæ per deum mittuntur, semper tamen vidẽt faciem eius, qui in cęlis est. Positi ergo erunt homines in paradiso, vt custodiant illum, & operẽtur illum, quia nunq̃ poterunt ipsum perdere. Vel possumus dicere ẜm alium exponendi mo-

C dum, ꝙ deus ponet hominem in hoc paradiso, vt custodiat illũ. i. vt deus custodiat, & laborat ipsum hominẽ: q̃a si in præsenti, ii filii dei sunt, qui spiritu dei aguntur, multo magis qui in cęlesti patria filii dei sunt, spiritu dei aguntur. Rom. 8. Patet ergo quomodo potest sumi paradisus, secundũ m sensum literalẽ, moralẽ, allegoricum, & anagogicum. Et hęc de paradiso sufficiant.

DE INFERNO.

Cap. VIII. *Quòd uidetur Augustini sententia, quòd inferni nomine, non corpus, sed similitudo corporis, im portetur.*

D 

Vm iste tractatus sit de prędestinatione, & præscientia, dignum est, vt in eo, de paradiso, & inferno, aliqua videantẽ: ad quæ vadunt præsciti, & prædestinati, in fine. Post tractatũ de paradiso, si volumus bene diffinire de paradiso, & inferno, qui sunt contrarii, necesse est tractatum de ipso Inferno componere. Sciendum ergo, ꝙ Aug. 8. super Gen. ad literam, videtur ad hanc Cap. 5. partem tendere, ꝙ Infernus sit locus imaginatorius siue spiritualis, sicut est anima, quæ in tali

inferno

inferno ponitur. Nam cum anima non sit corpus, sed possit habere apud se similitudines corporum, (vt dicit idem August.) infernus in quo patitur anima separata, non est corpus, sed simi-
Cap. 32. litudo corporis. Vnde August. in. 12. videt̃ hoc asserere dicens, Iam vtrum habeat aliquod corpus anima, cum de hoc corpore exierit, ostendat qui potest, ego autem non puto: spiritalem enim arbitror esse, non corporalem. Et subdit, Ad spiritalia autẽ fertur anima pro meritis, aut ad loca pœnalia similia corporibus. Videt̃ ergo sensisse, ꝙ talis locus non est corpus, sed similitudo corporis. Vñ Aug. in eodẽ libro, adducit talẽ exẽplũ, dicens. Qualia sępe demõstrata sũt iis qui rapti sunt a corporis sensibus, & iacuerunt similes mortuis (idest, ac si essent mortui) & infernales pęnas viderunt, cum & ipsi in seipsis gererent quandã similitudinem corporis sui, per quam possent ad illa ferri, & talia similitudinibus sensuum experiri. Et idem in eodem dicit,
Cap. 33. Animam vero nõ esse corpoream non me putare, sed planẽ scire audeo pñterii hẽre tñ posse similitudinẽ corporis, & corporalium omnium membrorum quisquis negat, potest negare animam quæ in somnis videt, vel se ambulare vel sedere, vel hac atq; illac gressu, vel & volatu, ferri ac referri: quod sine quadam similitudine corporis non fit. Ex proportione itaq; locati ad locum, ostendit Augustinus animam ferri ad locum, non corporalem, sed similitudinẽ corporis habentẽ: licet hoc non dicat asserendo, sed hominem exercitando. Si autẽ quæraẽ, quomodo anima exuta a corpore posset apud se formare similitudines corporis? Dicendum ꝙ hoc potest dupliciter fieri. s. per cognitionem, & per affectionem. Per cognitionem primo: quia lapis non est in anima, sed similitudo lapidis: ergo per cognitionem, & intellectum, potest anima habere apud se similitudines corporum. Sic & multo magis potest homo per affectionem, & potissimẽ anima peccatrix, quæ sic est affecta corpori, vt quasi corporale cognoscat: vt de il-
Luc. 16. lo diuite patet, qui portatus in infernũ, dicebat, ꝙ pater Abraham sineret Lazarum intingere extremum digiti sui in aqua, vt refrigeraret linguam eius, quæ cruciebatur in flamma. Cõstat autem diuitem illum nõ esse in inferno, nisi sm animam, & ita loquebatur, ac si haberet digitũ, & linguam: quod ideo poterat cõtingere, quia anima diuitis, ita erat alligata, & affecta corporalibus rebus, in quibus in hoc mundo delecta ta fuerat, vt videretur sibi quasi digitum, & linguam habere. Si ergo anima diuitis habebat linguam, hoc erat solum, quia erat similitudo corporis. Sic etiam si flamma illa cruciabat animam illam, non erat corpus sed similitudo corporis: sed flamma illa erat ignis inferni, vel locus infernalis: ergo videt̃ ꝙ locus inferni, nõ sit corpus,
12. de Gen. ad lit. Cap. 32. sed similitudo corporis. Sed diceret, quomodo possunt pati animæ, in inferno? rñdet Aug. ꝙ

A quãuis nõ sint corporalia, sed similia corporalibus, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur seu bene seu male, cum ipse corporibus suis similes, sibimet appareant: sunt tamen & vera lætitia & vera molestia facta de substantia spiritualitnam & in somnis magni interest vtrum in lætis an tristibus simus. Et subdit. Vnde quidã in rebus quas concupiuerant constituti, se euigilasse doluerunt: et rursus (in somniis) grauibus terroribus atq; cruciatibus exagitari atq; vexati, cum expergefacti essent, dormire timuerunt, ne in eadem mala reuocarentur. Sicut ergo in somniis verẽ quis tristatur, sicut dicit August. ita in inferno quis tristabitur, licet ille locus solum similitudinem corporis dicati & adhuc amplius,
B quãto ille similitudines expressiores sunt in inferno, sm ꝙ dicit Augustinus.

Cap. IX. Quòd infernus dicit uere corporalem locum. Et dictum Augustini quod uidetur esse contrarium, non est asserẽdo, sed magis nostra ingenia exercitando dictum.



C [E]St diligenter aduertendum, ꝙ licet August. 12. de Genesi ad literam, videatur hanc sententiam tenere, ꝙ inferna, ad quæ vadunt corpora dãnatorum, non sint corpora, sed similitudines corporum: ipse tamen in hac materia, non loquit̃ asserendo, sed magis nostra ingenia exercitando. Cap. 32.
Vnde. 8. de Genesi ad literam, ponens in qõne, Cap. 5.
vtrum animæ a corporibus exutæ vadant ad corporalia loca, ait: ꝙ de tam magnis quæstionibus nulla temeritate vult aliquid asserere, qa (vt dicit) melius est dubitare de occultis, q̃ litigare de incertis. Certum est autẽ (vt ait) diuitem
D illum fuisse in ardore pęnarum, & illum pauperem in refrigetio gaudiorum: sed quomodo sit intelligenda illa flamma inferni, ille sinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii, vix fortasse a mansuetẽ quęrentibus, a contentiose autem certantibus nunq̃ inuenitur. Quia ergo, non asserendo loquitur hic Augustinus, quãtũcũq; ponit partem dubitando, non contradicimus ei, si contrarium asseramus. Volumus ergo ostendere, ꝙ infernus sit corporalis locus, & ꝙ sit inferior locus. Dicemus. n. ꝙ terra sit fex elementorum omnium, vt visũ sunt sapientes omnes asserere: sicut in dolio vini, fex vadit ad inferiorem locum, ita ꝙ cęlum sit sicut doliũ, & terra quasi

in infimo loco vt in medio, sit fex omnium elementorum, & eorum quæ continentur sub cęlo, Dignum est autē ꝙ in fece, & in vilissimo loco sit carcer ille, ad quem vadunt animæ damnatorum: vt sicut animæ illæ in rebus turpissimis delectabātur, sic in turpibus submergātur. Possumus autem triplici via venari, ꝙ infernus sit locus corporalis. Prima via sumitur per ea, quæ videmus in corporibus glorificatis: nā ſm ꝙ tenet fides catholica, & veritas sic se habet, Christi corpus glorificatū, est super omnes cęlos, iuxta illud apostoli ad Eph. 4. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cęlos. Sicut.n. corpus, quod est graue, tū suæ naturę derelictum, est in loco inferiori, vt in terra, sed virtute diuina, potest esse in excellentissimo loco: sic animæ a corporibus exutæ, quibus non debetur aliquis locus corporalis ſm suam naturam, per diuinam iustitiam poterūt esse in inferno, & in corporali loco, & inferiori. Nam non magis possibile est, ꝙ illud, quod suę naturę derelictum est, debet esse in determinato loco, sit in loco sibi opposito, q̄ quod indifferenter ſm suam naturam, se habet ad locum, ꝙ possit esse in tali loco determinato. Probat autem Augu. 22. de ciuitate dei. c. 11. per. 7. exempla ꝙ corpus terrestre possit esse in cælo. Primum exemplum. Nam corpora quę terrestria sunt, eleuantur in aere: vt primò quod est corpus terrestre sit terra, scdo aqua, tertio aer. Si ergo, vt ait, ꝑ plumas, & pennas, donatur leuitas terrenis corporibus auium, vt portētur in aere: corporibus hominum immortalibus factis poterit dari etiā virtus, ꝙ possint habitare in cęlo, quod est corporalis locus. Secūdū est tale. Nam si homines adhuc mortales, & terrestres, non viuunt sub terra, immo si sub terra ponerentur statim morerentur, sed viuunt in aere, quod est tertium corpus: nō debet esse incredibile quòd tale corpus glorificatum, & immortale factū, possit esse in cęlo. Tertium exemplū est tale. Nam si ipsi plumbo poterit dari talis forma quòd natabit in aqua, vt si fiat concauū amplectens multitudinem aeris natabit super aquā. q̄uis suæ naturæ derelictum, sit graue, & graue semper appetat terram: sed si pōt fieri forma, & signa, data corpori graui, quòd natet super aquam, poterit facere dos agilitatis, ꝙ corpus glorificatum, sit in cęlo. Quartum exemplum est. Si.n. corpus terrestre, cui coniuncta est anima per essentiam, sic potest deprimere animam, vt habitet in terra: anima ergo glorificata adhærens deo, sic poterit eleuare corpus suū, vt habitet in cęlo. Quintum exemplū est de quodam miraculo. Nam cum quidā incusaretur de adulterio, volens se excusare, vt narrat Varro, accepto cribro impleuit eū aqua Tyberis, quòd licet tale vas perforatum esset (vt recitat August. narrare Varronem) tenuit tamē aquas. Si ergo Cribrum ꝑforatum continere potuit aquas, licet diuino miraculo, vel opere Dæmonis, quantūcūq; in illis foraminibus esset aer, cōsequens erat ꝙ aer corpus subtile sustineret aquā, quæ est corpus grossū & infenus. Si ergo hoc potuit, vel virtute dei, vel dęmonis, nulli dubium esse debet, ꝙ corpus terrestre, virtute diuina poterit eē in cęlo. Sextum exemplum est, quia cum aquæ pluuiales possint subtiliari, & eleuari in aere, poterūt corpora glorificata per dotem subtilitatis, & agilitatis, eleuari ad cęlum. Adducitur autem septimum exemplum. Nam ignis lux est in concauo lunę, licet de sui natura sit, esse super aerem: propter tamen grossitatem eius terrestrem, potest esse in terra, sicut patet de corpore ignito super carbones, & flamma: sic corpus glorificatum, quod de sui natura est terrestre, ꝑpter dotem subtilitatis & agilitatis, poterit collocari in cęlo. Ex omnibus autem his similitudinibus, & exēplis, arguamus, quòd si corporis terreni potest esse locus cęlum, eo quòd hoc corpus secutum est spirituales & celestes impetus, non est inconueniens ꝙ ipsorū spirituum malorum, & ipsarum malarum animarum locus, sit corpus infimum, & terrestre, cuiusmodi est īfernus, qui est locus inferior, vt terra quæ est fex fecis. 2 Secūda via ad hoc idem sumitur ex connexitate vniuersi. Cōcludit enim philosophus. 12. metaph. (A tex. 52. vsq; ad finem.) ꝙ est vnus principatus, & vnus princeps. Sicut ergo vnus est princeps, ita vnus principatus, & vniuersum debet esse vnū. Cū igitur corpus, & aīa, sint principales partes vniuersi, oportet ꝙ anima habeat semꝑ vnionē ad corpus. Nulla.n. est substantia spiritualis quę alicui corpori non sit aliquo modo vnita: q̄a si secus esset, illa creatura spiritualis non haberet cōnexionē ad vniuersum. Animæ ergo, quantūcūq; exutæ a corporibus, ꝑpter cōnexionem vniuersi, debēt esse in aliquo corporali loco: vt si sunt bonę, sursū in cęlo: & si male, in inferno subtus terrā: q̄a illę cęlestes: istę, terrestres secutę fuerūt motus. 3. Tertia via sumit̄ ex merito animarū, qđ patere pōt ex dictis. Nā si animabus beatis ꝑꝑ meritum dabimus locum superiorē, & cęlestem, animabus vero dānatis, ꝑꝑ demeritum, locum inferiorē, & terrestrem, cōsequens est quòd si cęlū est locus corporeus, ꝙ ēt infernus sit locus corpalis.

Cap. X. *Quòd scientia dei se extendit ad damnatos, ut illi aliquando salui fiant secundum errores, et opiniones & sententias diuersas.*



Arrat August. lib. 21. de Ciuit. dei. c. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. septem positiones falsas, & erroneas, quarum prima est Platonicorum, & Origenis: qui dixerūt quòd nulla pęna sit ęterna, sed omnis pęna purgatoria est. Nam vt dicit 1.

idem

1. op. Orig. Adamantij in Periarchon. idem Aug. eodem lib. cap. 17. vbi pctm̄ Orige- A
nis pertractat. Sed illum & propter hoc & pp
alia nonnulla, & maximè propter alternantes
sine cessatione beatitudines & miserias, & statu-
tis seculorum interuallis, ab istis ad illas, atq; ab
illis ad istas itus ac reditus interminabiles, nō im-
merito reprobauit ecclesia. Posuit enim Orige-
nes (vt Aug. ait) quòd animæ saluatæ, aliquādo
redibunt ad corpora, & peccabunt, & dānabun-
tur. Sic & dānatæ redeuntes ad corpora, salua-
buntur. Sic ergo alternatim, sine cessatione, ani-
mæ dānatæ saluarentur; & animæ saluatæ, dā-
narentur: & tam dęmones, q̄ animæ aliæ salua-
rentur. Vtrum autem hoc senserit Origenes
vel sui æmuli ascripserint suis libris (vt aliqui di-
cunt) ignotum est nobis. Erit itaq; contra mise- B
ricordiam dei prima positio quæ ascribit̃ Ori-
geni, quòd tam dęmones quàm homines dāna
ti, saluari poterunt post multa flagella, assumēs
Cap. 18. motiuum ex sacra scriptura, vbi dicit̃, Nunquid
2. obliuiscet̃ misereri deus? Secūda opinio est ma-
gis erronea, quia magis ampliat misericordiam
dei, dicens ꝙ deus miserebitur dęmonibus, &
hominibus damnatis, statim non post multa fla
gella. Quod tripliciter probatur: primo q̄a hoc
testatur scriptura sacra, dicens, Non continebit
deus in ira misericordiam suam? Nō dicit diu,
sed absolute, propter quod statim miserebitur.
Secundo probat hoc idem. Nam (vt dicunt)
sancti in via ista & boni homines, orant ꝓ ini-
micis suis, & pro malis hominibus; multo magis C
hoc facient, quando erunt sancti, & beati & sic
propter eorum sanctitatem exaudiētur preces
eorum: propter quod oēs saluabuntur. Tertio
Ionæ. 4. hoc idem probant, ꝙ si ad prædicationē Ionæ
pepercit deus ciuitati Niniue subuersuræ, mul-
tomagis ad preces sanctorū, omnibus dānatis
deus parcet, quantumcūq; prædixerit eos dam
3. nādos. Tertia opinio erronea dicit ꝙ misericor
dia dei se extendebat ad omnes homines quan
tumcūq; malos, & dānatos, non autē ad dęmo
nes, quia de hominibus videt̃ potissime intelle-
Rom. 11. xisse Apostolus cum dicit, Conclusit omnia in
4. infidelitatem, vt omniū misereatur. Quarta opi
Cap. 19. nio erronea dicit ꝙ misericordia dei se extendit
ad baptizatos, & hæreticos, qui cum participes D
fuerint corpis & sanguinis domini nostri Iesu
Christi, in quacūq; hæresi vel impietate fuerint,
damnari non pñt, propter illud quod ait Iesus,
Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descē
di: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in
ęternum. Si ergo in ęternum viuet, non cōdē-
Cap. 20. nabitur. Quinta opinio erronea dicebat, quòd
5. deus miserebitur hominibus omnibus baptiza-
tis, qui crediderunt, & veram habuerunt fidem,
q̄uis in hæresim postea sint lapsi, dicēte scriptu
ra: Qui crediderit & baptizati fuerit, saluus erit.
Addit autem hæc positio supra aliam: ꝙ opor
6. tet illos fuisse fideles aliquando, quibus deus mi
Cap. 21. seretur. Sexta opinio erronea dicebat, ꝙ deus
miserebitur omnibus hominibus baptizatis, qui A
in fide permanserunt & si pessimè vixerint, dicē
te Apostolo. Fundamentum nemo aliud pone
re potest, præter illud quod positum est, quod 1. cor. 3.
est Christus Iesus. Si quis autem ędificauerit su
per fundamentum hoc, aurum, argentum, lapi
des preciosos, ligna, fęnum, stipulam: vniuscu-
iusq; opus manifestum erit. Et subdit, Si cuius
opus manserit quod superędificauit, mercedē
accipiet. Si cuius autem opus arserit, detrimen-
tum patietur: ipse aūt saluus erit: sic tamē quasi
per ignem. Volunt ergo isti, ꝙ ex quo in funda
mento, idest, in Christi fide permanserit, de ne-
cessitate homo saluetur. Septima opinio erro- 7.
nea est, quòd deus miserebitur in iudicio solū Cap. 22.
B illis fidelibus, qui se exercitauerunt in operibus
misericordiæ: iuxta illud Iacobi. 2. Iudicium
dei sine misericordia fiet illi, qui non fecerit mi-
sericordiam. Sed isti dicunt: qui fecerit miseri-
cordiam, quantumcūq; malus, deus illi misere-
bitur, propter misericordiam suam. Adhoc ēt
pertinere dicunt, & in oratione dominica quo-
tidianam postulationem: Dimitte nobis debita Matth. 6.
nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no
stris. Propter qđ qui se exercitauerint in opibus
misericordiæ, dimittentur ei peccata sua. Est &
alia positio catholica, concordans sacrę scriptu
rę: ꝙ tā dęmones, q̄ homines dānati, in ęternū
cruciabuntur: ꝓpter quod nō erunt omnes pę
nę purgatoriæ, sed erunt aliquæ infernales.

Cap. XI. *In quo reprobantur omnes errores, & falsæ opiniones supradictorum, scilicet, quòd dei, misericordia se extendat ad saluandos dānatos.*



Ductis varijs opi-
niōibus cōtra pręs-
scitos ad infernum
tendētes, volumus
opiniones illas re-
probare: & ostēde-
re, quomodo in
īferno nulla est re-
demptio: adhæren
D tes sententiæ Au-
gustini in lib. de fide ad Petrum dicentis, Impos
sibile est bene mori, qui male vixerit, & qui in
peccato mortali mortuus est. & male mori, qui
bene vixerit, & sine peccato mortali mortuus
est. Possunt enim opera misericordiæ facta in
peccato mortali, alleuiare peccantes in inferno:
q̄a sicut est dare gradum in paradiso, ita etiā in
inferno. Possunt etiam talia bona disponere
hominem ad gratiam habēdam: sed ꝙ talia ope
ra, nisi sint perpetua, possint hominem eripere
de æternali iudicio, veritas non capit. Nulla er
go in inferno est redemptio, quantū ad pęnę
mansionem: est tamen ibi inęqualitas quātum

tos solum etiam inter hęreticos existentes q fuerunt participes corporis, & sanguinis domini, debet etiam erronea iudicari. Nam cũ dicitur, Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum: intelligendũ est, si manducat digne, & si in tali statu se teneat. Quia vt dr̃ ad Cor. 11. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Vel possumus dicere, vt dicit Aug. 21. de Ciuitate dei, cap. 25. Non manducant corpus Christi, qui non sunt in corpore Christi. Est tamẽ intelligendũ, ꝙ corpus Christi potest sumi tripliciter, scilicet, materialiter, & hoc modo possunt infideles manducare, qa possunt sumere species illas, sub quibus est corpus Christi. Sacramentaliter vero, corpus christi illi manducant, qui credunt sub speciebus
B illis esse christi verum corpus, & sanguinem verum, quod fidelibus bonis, & malis competit. Spiritualiter vero corpus christi sumunt illi, q sine remorsu conscientiæ hoc faciunt. Et hoc modo intelligẽdum est, qui manducant corpus Christi spũaliter, viuent in ęternũ, dumtamen
5. perseuerent. Quinta etiam opinio. s. quòd deus miserebitur baptizatis, qui fuerũt participes corporis Domini nostri Iesu Christi, & fuerunt fideles, quãuis in hæresim lapsi fuerint, vel in qdcunq; peccatum, est erronea, & falsa: quia vt dicitur ad Heb. 11. sine fide impossibile est placare deo. Si ergo post susceptionẽ fidei in hæresim fuerunt elapsi, impossibile est tales placere
6. deo. Sexta autem opinio. s. ꝙ deus miserebit̃ omnibus fidelibus in iudicio, dumtamen in fide sua permanserunt, est falsa. Quia fides sine operibus mortua est: & Apostolus ad Cor. 11. dicit. Si habuero omnẽ fidem: ita vt montes transferam, charitatẽ autẽ non habeam: nihil sum. Dato ergo quòd quis haberet tantam fidem quòd montes transferri faceret, dumtamen charitatẽ non habeat, nihil sibi prodest ad vitam. Cũ autem dicit̃: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Dici debet quòd intelligẽdum est de iis qui credunt per fidem formatã per charitatem, non autem de iis qui credunt per fidem informem, quæ est mortua. Quod aũt dicebat̃ de fundamento, quòd si manet fides, manet fundamentum: dicẽdum est, quòd fundamentũ illud est Christus Iesus. Et si hoc fundamentum est fides: hoc est prout hac fide coniungeris deo, vel ipsi christo Iesu, & es membrum eius: quod non facit fides informis, sed fides formata, & charitati coniuncta. Si ergo aliqua peccata venialia committimus, propter hęc peccata non dãnabimur: quia adhuc manet fundamentum quod est christus, quo manente, perire
7. non possumus. Septima autem opinio, quæ dicit quòd in Iudicio deus miserebit̃ infidelibus, non omnibus, sed his qui se exercitauerunt in operibus misericordię: etiam est erronea & falsa. Quia quantumcũq; nos exercitamur in operibus talibus, sine charitate, & fide: nihil prodest
A ad salutẽ. Fatuum est enim velle dicere, velle illuminari a sole, & nolle cõuerti ad solem. Opera ergo facta sine charitate, valent vt conuertamur ad deum: sed ad vitã nihil valent, si in hoc pmanet homo. Dicamus ergo, & cõcludamus, quòd quæcunq; mala quis fecerit, dumtamen finaliter in charitate moriatur, in alia vita pęnas purgatorias sufferre poterit, quia forte non sufficienter in hac vita pęnitẽtiã egerit de peccatis suis: ex quo enim quòd in charitate morimur, nunquã pęnas æternas sustinebimus. Sic ergo quicũq; in peccato mortali decedit, in perpetuum dãnabitur: iuxta illud Ezechiel. 18. Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præ
B cepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Et sequitur. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem sm omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitię eius quas fecerat, non recordabuntur. Quod intelligendum est ad salutem: quia tales iustitiæ nihil proficiẽt sibi ad salutem.

Cap. XII. *Quòd dæmones, & animæ separatæ, possunt uerè pati ab igne inferni.*


C Ost omnia supradicta, inuestigare restat, quomodo anima in inferno crucietur, & patiatur. Dixerũt aliqui Angelos esse corporeos. Ideo mali angeli patiuntur in inferno mediãtibus suis corporibus. Sic ẽt voluerunt quidã, animas hoĩum habere corpora aerea, non vnita naturaliter, quæ nunquã deponunt: & mediantibus illis corporibus subtilibus, dicebant animas coniungi istis corporibus grossis. Anima ergo recedens a corpore, poterit pati ab igne inferni, sm hanc sñiam: qa defert secum quoddam corpus subtile, in quo poterit sustinere pęnas igneas. Sed cum cõmuniter teneamus, & veritas sit, animas, & ange
D los, esse substantias spirituales: videndũ est, quõ possunt pati a corpore ignis. Dicemus ergo pati dolorem, hoc est, sentire dolorem: pati enim ab igne, hoc est, sentire impressionem factam ab igne. Sentire enim dolorem, nõ est idẽ qđ calefieri, vel pati: quia secundũ hoc lapides, cum possint pati, & calefieri ab igne, dolerent. Dolor ergo addit supra passionem, sensus. Sed cum sensus sit susceptiuus specierum sine materia, & non fiat sensus nisi per immutationem intentionalem, consequens est, vt dolor formaliter, immutatione intẽtionali fiat. Immo immutatio realis impedit sensus: quia caro nimis calefacta, non percipit differentias tangibiles: contigit enim de quodã, cum nimis haberet pedes

Plato in Phedone inquit, Aiæ nõ puræ decesserunt à corpore, sed uisibile aliquid hñt ut uideri possint (ut paulò inferius.) Nunq̃ pura in uitã alterã ꝓficiscitur, sed sẽ per plena corporis labe egreditur.

nfrigidatos posuit eos in aquam nimis calidã, nec sentiebat aquam illam, nisi prius aliqua ps carnis decoctæ caderet de pedibus eius. Immutatio ergo realis impedit sensus. Ideo natura fecit quòd oculus esset discolor, vt posset omnẽ colorem sentire. Et fecit carnẽ esse proportionem mediam inter qualitates tangibiles, vt posset excellentias tangibilium cognoscere. Si ergo sentire est ex intentionali immutatione, erit dolor perceptio immutationis intentionalis displicentis. Est ergo in carne duplex passio. Vna realis, inquantum realiter calefit: & secundum hanc immutationem, licet caro calefiat, non tamen proprie sentit: quia non fit sensus per imutationem realem, sed magis impeditur. Alia passio in carne est intẽtionalis, fm quã caro sentit. Si ergo tolleretur a carne immutatio intentionalis, manente reali, nec sentiret caro, nec doleret, sed pati posset, sicut & lapides patiuntur: & econtrario si tolleretur realis, quòd nõ est possibile manente intentionali, non solum adhuc doleret, immo plus doleret. Est nihilominus notandum, quòd maxime patimur, & dolemus secundũ qualitates tangibiles, á quibus dependent corpora nostra, & quæ possunt corpora nostra destruere. His itaq; prælibatis, inuestigare possumus, quomodo spiritualis substantia, pati possit ab igne. Dicemus vero, non esse incõueniens corporalia, quæ non possunt virtute propria agere in spiritualia, hæc facere in virtute alterius, vt phantasmata, quę sunt corporalia, in virtute luminis intellectus agentis, possunt agere in intellectum possibilem. Oportet tamẽ ꝙ semper sit aliqua vnio agentis ad patiens. Et ideo cum essentia animæ, sit in qualibet pte corporis, erit ergo intellectus possibilis in organo vnitus phantasmatibus, ppter quam vnionem, licet nõ possit phantasmata agere in intellectũ possibilem sui virtute, hoc tamen possunt facere, virtute luminis intellectus agentis. Sic & in proposito, corporalia aliquã vnionem habenr ad spiritualia (aliter enim eẽt vniuersum destructum) sed ex ista vnione, non habent corporalia ꝙ possint agere in spiritualia, sed magis ecõuerso: quia semper corporalis substãtia gubernari habet per spiritualem: nec tamen est incõueniens, quòd in virtute superioris agentis, vt virtute dei, corporalia possint aliquam similitudinem imprimere in spiritualia, etiam nociuam, & etiam verum dolorem causare in eis. Si enim qualitates tangibiles, quia ab eis dependet corpus, possunt sic sensum carnis immutare intentionaliter, quòd tamen causant doloremcũ magis depẽdeat spiritus a deo, quàm corpus nẽm á qualitatibus tangibilibus: poterit ignis inferni virtute dei, aliquã intentionem horribilẽ causare in spiritum, siue in animam, á qua magis affligetur, & cruciabitur, q̃ affligatcaro, siue corpus, ab his qualitatibus tangibilibus. Plus ergo dolebit, & plus cruciabitur anima ab igne sine comparatione, quàm doleat nũc caro ab igne afflicta, tum quia magis dependet à deo, in cuius virtute agit ignis, q̃ faciat caro á qualitatibus tãgibilibus: tum etiam quia caro ab igne afflicta mutatur realiter, & intentionaliter: quæ immutatio realis, vt quia calefit, impedit perceptionẽ doloris, & immutationẽ, & intentionẽ. Anima autem solum immutatur intentionaliter, quia solum sentit, siue (vt proprie dicatur) percipit lęsionem, & dolet, & cruciatur maxime: non autem immutatur realiter, quia nõ calefit, licet ab igne cremetur, & crucietur, quia in illo suus dolor, & sua afflictio impeditur.

Dolor.

A

B

C

D

Cap. XIII. *Quòd in animabus damnatis, & dæmonibus, intellectus fungitur uicè sensus. Et ꝙ tales substantiæ cremãtur, quia uident, i. sentiunt se cremari.*



Via vero itellectus hominis nõ quiescit, diceret aliquis, nõ esse possibile, corporalia quęcunq;, in virtute diuina, posse in spiritualia agere: quia non cõmunicant in materia corpus, & spiritus. Agẽtia autem, & patientia, oportet in materia cõmunicare, vt est per habita declaratum. Dicemus ergo ꝙ qui intelligit quo modo sensus sit susceptiuus specierum sine materia, potest intelligere veritatem huius quæstionis. Est enim sensus, quãtum ad præsens spectat, susceptiuus specierum sine materia, quia talis susceptio fit sine materia, & quia est talis susceptio immaterialis: quia in hoc cõmunicat sensus cum intellectu, & materialia cum in materialibus, vt intentionaliter immutentur. Sed si spiritualia nõ immutantur a corporibus, hoc est, qa agens poterit esse pręstantius patiente. In virtute ergo propria non poterit materiale immutare, sed in virtute alterius. Ignis ergo inferni in virtute dei, agit in animam, intentionaliter immutando ipsam: sec̃m quem modum eam affligit, & cruciat. Et vt magis ad punctum descendamus. Dicamus quòd animæ peccatorum, quia suam rationẽ, & suum intellectum supposuerunt rebus materialibus, & sensibus dignum est, vt intellectus in eis fungatur vice sensus: vt sicut naturaliter ignis põt immutare sensum causando intentionalem immutationem, sic ignis inferni causabit virtute diuina in intellectũ animæ separatæ, vel causabit in intellectum spiritus maligni, intentionalem quandam immutationem: propter quã vere affligitur anima, sicut vere affligitur caro propter immutationem intentionalem factam in sensu.

Ex

Ex hoc autem apparet dictum Grego. in dialog. Quod anima crematur in inferno, quia videt se cremari: vt exponatur, videt, hoc est sentit: sm quē modum est quasi propositio per se nota, quia ratio prędicati, clauditur in subiecto: nullus enim dolet, nisi quia sentit se cremari. Dictū est enim ꝙ in anima separata, & in maligno spiritu, intellectus fungitur vice sensus: & quia ad intellectum spectat videre, & cognoscere, voluit sic loqui Grego. quia per intellectum ad quem spectat videre, & cognoscere, anima crematur: & quia non fit per hoc ꝙ intellectus fiat sensus, sed quia fungitur vice sensus, vt sicut caro per sensum vere dolet, & cruciatur, sic anima vere affligitur, & cruciatur per intellectum. B Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, ꝙ rerum creatarū, quędam sunt simpliciter immaterialia, vt angeli, & animæ. Quædam simpliciter materialia, vt lapides, & ligna. Quædam sunt materialia: cum hoc tamē aliquid participant de conditionibus immaterialibus: vt organa sensitiua, quæ licet materialia sint, aliquid tamen participant de cōditionibus rerum immaterialium, quia sunt susceptiua specierū sine materia. Lapides ergo, & ligna, quę solum sunt materialia, solū materialiter immutantur. Animæ & spiritus solum immaterialiter immutantur.

Organa vero sensitiua, & maxime sensus tactus, vtroque modo immutātur: quia cum vtrisq; cōmunicant: cum lapidibus quidem, & lignis, prout materialiter immutantur: C cum spiritualibus autem substantiis, prout immaterialiter immutātur. Et inde est, ꝙ immutatio realis nunquam a sensu deriuatur ad intellectum. Nūquam enim intellectus, potest fieri frigidus, aut calidus: vt dicitur. 3. de anima. *Cap. 3* Vbi ostenditur, ꝙ nō est corpus, nec virtus in corpore. Sed immutatio intētionalis a sensu peruenit vsq; ad itellectum: sed inter has duas immutationes, hæc est differentia, quia secūdum immutationem realem fit corruptio passi, secundū quem modū scriptum est, *6. Top. c. 9.* ꝙ passio magis facta abiicit a substantia: sed sm immutationem intentionalem, si fit vltra ꝑportionem debitam, causatur dolor, & cruciatus, non autē corruptio: ꝓpter hoc lapides immutati solum realiter, corrumpuntur, nō autem dolent: sensus autē dolere, & corrūpi potest. D Anima autem dānata quia solum intentionaliter immutatur, dolere pōt in mente, sed nunq̄ corrumpi: nunq̄. n. talis passio magis facta, abiicit a substantia. Et de hoc intelligitur, ꝙ agens, & patiens, semper cōmunicant in materia: vt de illis agentibus, quæ per realem actionem corrumpere possunt. Illa autē alia agentia quæ solum intentionaliter immutant, & rem immutatā non corrumpunt, nō concedimus in materia & in essentia, cōmunicare. Nunq̄. n. dolor animæ existentis in inferno cessabit, quia talis passio non cessabit: quia anima corrumpi nō pōt a tali igne, cū secum non cōmunicet in materia. Dicemus ergo ꝙ sicut deus in beatis est omnia in omnibus, quia quicqd homo desiderabit, erit in deo suū desiderium adimpletum: sic ignis inferni in anima separata, est quodāmodo omnia in omnibus quātum ad afflictionem: quia ille, virtute diuina affligit intellectum, qui fungitur vice sensus, vt ꝙ non possit de aliquo cogitare. Dicemus ergo ꝙ sic affligitur anima per ignem, sicut nunc caro per ignem. Qđ sanè est intelligendum: quia multo amplius affligitur anima per intellectum ab igne, q̄ nunc caro per sensum: & multo magis est ille dolor, quā iste, vt superius fuit declaratum. Est tamen omnino consonū, vt sm illam partem corporis, vt sm linguā, fieret cruciatus in diuite, sm quā plus peccauit: qa epulabatur quotidie splendide. Sicut ergo diues ille si dū viuebat in corpore, fuisset positus in igne, sic cruciaretur lingua in flamma, ꝙ ꝑuenisset dolor in animā per corpus, mediante sensu linguę: sic virtute diuina talis dolor, & maior erat in anima diuitis separata, ꝑ illud quod agebat ignis inferni in intellectu eius, cum plus ageret in intellectu eius, q̄ egisset dum viuebat in sensu: vt ꝑ quę peccat homo, per hęc torqueat. Nam licet in inferno esset anima diuitis non habentis corporalem linguam, tamen talis cruciatus virtute dei poterat causari in anima separata per intellectum, qualis fieri poterat eo viuente, per linguam, & sensum. Hoc ergo modo pōt intelligi lingua diuitis, & digitus Lazari, quia ille G diues sic affligebatur in anima exuta, ac si fuisset in igne posita carni coniuncta. Deus. n. est causa causarum, & quicquid potest mediantibus secundis substantiis, bene potest sine illis. Sicut ergo potest affligere animam per ignem, mediante carne: sic potest eam affligere sine carne; per ignem. Petebat ergo diues, ꝙ Lazarus intingeret digitum suum, & refrigeraret sibi linguam: idest, petebat ꝙ saltem temperaretur in vita ista per guttam aquæ positam in lingua, siquis cōbureretur in igne.

Cap. XIIII. Quomodo uerificatur dictum Augustini ꝙ animæ dānatæ exutæ corporibus, euntes ad infernum, dicuntur ire propriè ad corporalia, sed ad similitudines corporalium.



VT dicta doctoris sic excellentis, & sanctissimi, ac Reuerēdi patris August. sanè, solidèq; intelligantur. s. ꝙ anima exuta à corpore non ferāt ad corporalia loca, sed ad similitudinē corporalium: est diligēter aduertendum, modum suum esse, vt semper attri- *8. de Gen. ad lit. cap. 5. et. 12. c. 32.*

Cap. 22. buat factum ei, quod est faciendum. ſm quẽ mo
dum loquitur ipse. 8. super Gen. ad literã, cũ di-
cit, deus mouet spiritualem creaturam per tẽpo
ra, non per loca. Constat autem ꝙ per loca mo
uentur angeli: descendunt enim de cęlo ad ter
ram; non tamẽ mouentur per loca localiter, q̃a
nõ cõmensurant se corporali loco: bene tamẽ
mouentur successiue, quia cum applicant virtu
tem suam ad vnum locũ, desinunt applicare eã
ad alium, vt cum sunt in cęlo Empyrio nõ sunt
in terra. Igitur quia successio tẽpori applicatur:
quia quicquid successiuum est, tẽpore mensura
tur secundũ ꝙ hmõi, ideo Aug. ipsum motum
angelorum diuidiť per loca, quia nõ mouentur
sub hac ratione qua mouentur successiua, quę
sunt nunc in vno loco, nunc in alio. Idem. n. di
cit, creaturam spiritualem moueri per tẽpora,
non per loca, idest moueri successiue, nõ loca-
liter, quãuis vere nunc sit spũalis substantia in
vno loco, nunc in alio. Sic & in proposito, q̃uis
locus infernalis corporalis sit, tamen si conside-
ramus modum & rõnes, qualiter animæ dãna-
tæ sunt in inferno, dicemus ꝙ animę dãnatorũ,
non feruntur ad loca pęnalia, sed magis ferun
tur ad similitudines corporum, q̃ ad corpora-
lia loca. Sic etiam licet cęlum empyrium, ad qđ
feruntur animæ sit locus corporalis, & animæ
existentes in cęlo empyrio, dicuntur esse in pa
radiso: tamen animæ euntes in paradisum, non
dicuntur ire, nec ad loca corporalia, nec ad si-
militudines corporum, sed ad aliquod excellen
tius, tam corpore, q̃ similitudine corporum. Est
itaq; infernus, corporalis locus, quia est locus
infimus: & ille ignis, est corporalis ignis: anima
tamen exuta corpore nõ est localiter, idest per
cõmensurationem, sicut corpora quanta cõmẽ
surãtur loco, sed solum per applicationem vir-
tutis ad infernalem ignem. Ex qua applicatione
infernalis ignis per similitudinem suam intẽtio-
nalem, virtute diuina immutat intellectum, tam
animæ, q̃ substantiæ separatæ: ex qua immuta-
tione verè cruciantur, tam animæ dãnatæ, q̃ spi
ritus mali. Pęnalitas itaq; animæ est ex immuta-
tione similitudinaria & intentionali, & ideo p
vt anima fertur ad loca infernalia, vel ad loca
pęnalia, non debet ferri ad corpora, sed ad simi
litudinem corporum: quia suscipiendo intẽtio-
naliter similitudinem corporum cruciatur, &
dolet. Nec valet si quis obiiceret ex hoc, ꝙ ani-
ma non feratur ad pęnas, sed ad similitudines
pęnarum: quia (vt late disputauimus) vera pę-
na, & verus dolor est ex eo ꝙ percipimus læ-
siuum, vel immutationem aliquã terribilem, ita
ꝙ qui non sentit, non dolet: & quia sensus non
percipit nisi immutationem intentionalem, ve-
ra pęna, & verus dolor est ex huius immuta-
tione intentionali. Sicut nunc ergo anima con
iuncta corpori vere dolet ex eo ꝙ per sensum
applicatur igni, cum sensus ſm quod huiusmo-
di, & prout sentit, nõ immutať corporaliter, &

A realiter, sed intentionaliter, & similitudinarie: sic
& anima separata per intellectum applicata ad
ignem, per hanc immutationem vere cruciať, et
dolet. Aduertendum tamẽ ꝙ (vt supra diximus)
licet intellectus fungatur vice sensus, non tamẽ
intellectus fit sensus: & aliť immutať intellectus,
q̃ sensus. Sufficit tamen ꝙ etiã hoc recipiat simi
liter intellectus, sicut sensus. Quia vere cruciať
anima per intellectum sicut corpus per sẽsum.
Nec tamẽ oportet ꝙ. s. malignus sit semper cõ-
iunctus igni corporali inferni ad hoc ꝙ crucieť
& patiatur has pęnas. Nec est necessarium, ꝙ
semper portet ignem inferni secum: quia potẽs
est deus similem immutationem facere, & similẽ
pęnam horribilẽ in anima sine spiritu maligno
B & sine igne, sicut cum igne. Intantum ergo di-
ctum sit, ꝙ siue in nobis, siue in anima separata,
non fit dolor ex immutatione reali: sed solũ ex
intentionali. Et quia ire ad infernum, est ire ad
locum pęnalem, & ad locum doloris: ideo di-
ctum est ꝙ infernus magis dicit similitudinem
corporum, ſm quem modũ immutari põt ani-
ma separata, q̃ dicatur corporalis, ſm quẽ mo-
dum immutari nõ põt: vt quod infrigidetur, &
calefiat. Quia si sic esset, tantum posset calefieri,
ꝙ ad vltimum fieret ignis: qđ omnino est absur-
dum. Est etiam diligenter notandũ ad plenam
intelligentiam dictorum August. vt possimus
adaptare omnia ista verba ad propositum no-
strum, quod anima existens in Inferno, du-
C plicem passionem habet, vel dupliciter dolet.
Primo, quia cruciatur. Secundo quia sic car-
cerata cruciatur. Sicut enim corpus nostrũ est
in loco per cõmensurationẽ, sic spiritus est in
loco per virtutis applicationẽ: & sicut nunc ho
mo corporaliter viuens, suæ libertati relictus,
potest se commensurare nunc isti loco, nũc illi,
prout vult: sed si poneretur in carcere hoc non
posset: sic spiritus suæ naturæ derelictus, potest
applicare suam virtutem ad quodcũq; corpus:
sed pp hoc non patitur: sed postea in pęna deli
cti factum est quod anima dãnata suam virtutẽ
applicare non posset, nisi ad tale corpus: vt ad
infernalem ignem: vt ex hoc quasi dicať esse in
carcere, & hoc sit ei magna pęna: ſm quem mo
D dum ipsi maligni spiritus qui tenẽtur reclusi in
infernum, dicent christo: Vt quid tibi, & nobis
fili Dauid venisti ante tp̃s torquere nos? Secũda
est pęna animæ dãnatę: quia non solum carceri
addicta cogitur virtutem suam applicare ad ta-
le corpus, vt ad ignẽ inferni. sed quia ex tali ap-
plicatione sic fit intellectui suo quædam horri-
bilis immutatio, ex qua immutatione verissime
cruciatur. Qualitercũq; tamen sumať infernus,
siue dicať pęnalis locus, quia est carcer animę: si-
ue anima sit in tali corpali loco, nõ est ibi locali-
ter per commensurationem, sed per virtutis ap-
plicationem. Vnde Aug. 12. super Gen. d. aĩam
exutam corpore, ad corporalia non ferri nisi
cum aliquo corpore, vt non localiter ferri: si

vero

vero dicatur infernus locus pęnalis ratione immutationis quã facit in anima,& ignis non dicitur esse quid corporale, sed similitudo corporaliũ: quia anima solum immutatur intentionaliter,& similitudinarie: non vere calefit, nec frigefit: sed solum cruciatur, & dolet: non quia corporalis locus sit infernus, & etiam ignis, sed quia (vt dictum est) modus essendi non est ita sicut ea quę corporaliter sunt in loco, vt ex hoc verificent dicta Aug. vt anima, cum est exuta corpore, nõ fertur ad loca, idest ad modum essendi rerũ corporalium in loco, sed ad similitudines corporalium.i. ad modum rerũ spiritualium in loco existentium, qđ est per applicationem virtutis, vel per immutationẽ intentionalem. Sic autem dicimus de anima damnata. Sed anima beata non fertur ad loca corporalia prout dicitur esse in paradiso, nec ad similitudinẽ corporalium, sed ad aliquod excellentius. Est enim cęlum empyrium vbi sunt angeli beati, & ad qđ feruntur animæ beatæ, locus quidam: sed vere dicitur animã esse in hoc paradiso, quia est in cęlo Empyrio, quia fruitur ipso deo, & dicitur ꝙ vere paradisus animę, sit locus amenus eius, & regio in qua optime est sibi, sicut ipse deus, qui nec est corpus, nec similitudo corporis, sed est longe & in infinitum quid excellentius omnibus creaturis, paradisus animæ dici potest.

Cap. XV. *Quomodo præter Paradisum, & infernum, est dare Purgatorium, et Limbum puerorum. Et ꝙ ante christi aduentum erat dare Limbum sanctorum patrũ. Et quõ pro peccato temporali debeat infligi pœna æterna.*



Olentes præsentem tractatum consumare, quẽ intitulare volumus de prædestinatione, & præscientia, ratione quarum de paradiso ad quem feruntur prædestinati, & de inferno, ad quem feruntur pręsciti, longum sermonẽ fecimus. Volumus summatim ad maiorem gloriam beatorũ, & ad maiorem miseriã damnatorum dicere, quid nomine paradisi, & quid inferni, intelligi debeat. Dicit.n. August. 12. super Gen. ad literã: Quod licet latina lingua hoc sonet, vt dicat Infernus locus inferior, & subtus terram: & sicut corpus mortuũ subtus terram ponitur, sic anima peccatrix, quę sequẽs volũtatem corporis digna est subtus terram poni: & ex hoc in infernum descendere: tamen vt idem in eodem dicat scꝺm græcam linguam, origo nominis inferni appellari afflictio, eo ꝙ nihil suaue habeat. Idem etiam in eodem loco dicit. Quod nũquam sibi occurrit scriptura Canonis, infernum alicubi in bonum posuisse: semper enim infernus sumitur in malam partem, & pro afflictione, & pro carentia gaudiorum. Sic ergo intelligimus infernum, vt omne illud habeat, qđ dãnatis displiceat: & si ignis inferni potest habere lucem, hoc non est nisi ad dolorem dãnatorũ. Vnde Isid. de summo bo. lib. 1. cap. 29. dicit, Ignem gehennę ad aliquam lumẽ habere, & ad aliquam non habere: hoc est, lumen ad dãnationem, vt videant impii se in tanta miseria constitutos, & ad quas afficiantur, vnde dolean & nõ habet ille ignis lumen, vnde videat, & gaudeant. Ponit aũt Isid. exemplũ de illis tribus pueris missis in fornace ignis ardentis, qui ignis combussit in eis quod erat cõtristans, quia combussit vincula, vnde erant ligati: non autem combussit quod erat placens, & delectans: quia nec capillus capitis eorum erat adustus, vt dicit. Danie. 3. Sic econuerso ignis, & alia quæ sunt in inferno, agent quæ erunt ad dãnatorum tristitiam, non autem quæ ad lætitiam. Sic in beatis ecõuerso paradisus dicit quicquid potest excogitari gaudii, nõ autem aliquod triste, vel molestũ. Est ergo paradisus, locus in quo bene est animæ, infernus autem econuerso, vt patet. Pręter autem paradisum, & infernum, est dare tertium locum, scilicet, Purgatorium. Cum enim multi decedunt cum charitate & gratia, tamen quia non sufficientem pęnitentiam egerunt in hoc mundo de peccatis suis, & quia nullum malum impunitum, sic vt nec bonum irremuneratum, oportet sic se habẽtes, post hanc vita alias pęnas tollerare & in paradisum introire, & salui fiant, sic quasi per ignem. Non ergo omnes pęnę purgatorię sunt, vt videtur Plato sensisse, prout ei August. imponit, quia in vita ista pęnæ purgatoriæ sunt & pęnæ quę ad purgationem non faciunt: quia aliqui flagellantur in vita ista, nec ex hoc pęnitent, sed ex hoc incipit quasi eorum dãnatio. Pharaonem enim flagellatum, non pęnituit. Nabuchodonosor flagellatus, ad pęnitentiam reuersus est. In vita ergo præsenti, vt experimento videmus, flagellationes, & percussiones diuinæ, vel sunt purgationes vitæ præsentis, quia per eas homines cõuertuntur, & boni fiunt: vel sunt initium carentiæ fęlicitatis ęternę: quia per eas homines nõ correpti, sed potius indurati, morientes, ad inferna descendunt. Vnde Isi. 3. de sum bo. c. 5. d. Qđ omnis diuina percussio, aut est purgatio vitæ pręsentis, aut est initium pęnæ sequentis. Et subdit, quod Quibusdam flagella ab hac vita inchoann, & in æterna percussione perdurant. Et sic in hac vita, non omnes pęnæ sunt purgatoriæ, & multo minus in alia vita. Est ergo triplicem locum dare, videlicet, Paradisum qui est decedentium cum gratia, & non habentium ad purgandum. Est & pur-

gatoriũ, qui eſt decedentiũ cũ grã,& hñtium ad purgãdũ. Et infernus dãnatorũ, qui eſt decedentiũ ſine gratia,& nõ valẽtium purgatorũ recipere. Verum quia duplex eſt peccatum, videlicet, actuale,& originale. Decedentes in originali, quia carent gratia, nunquã vident deum: habebunt ergo pœnam dãni, ꝑpter carentiam gratiæ: ſed non habebunt pœnam ſenſus, quia tale peccatum non eſt ex inordinata delectatione, ſed ſolum ex origine Protoplaſtorum contractum. Et quia pœna afflictionis rñdet gaudio inordinatæ delectationis, nullam habebunt pœnã ſenſus. Præter ergo paradiſum, infernũ,& purgatorium, eſt dare limbũ puerorum, quòd eſt quartus locus: ſed decedentes in actuali peccato, digni ſunt vt tormentis,& pœnis æternis plectantur. Inſuper, præter omnia hæc tria loca, ante chriſti aduentum erat dare alium locum,ſ. ſanctorum patrum limbum. Omnibus.n. ante chriſti paſſionem, erat clauſa ianua regni cæleſtis, quia nõdum ſolutum erat pretium pro peccato primi hominis, put ſuit infectio totius humanæ naturæ: pro quo, purus homo ſatisfacere nõ potuit. Decedentes autem cum gratia, ſi habebant aliqua ad purgandum, ibant ad purgatoriũ,& purgabant: cum iam purgati eſſent, nõ poterant ad cœlum aſcendere, quia nõdum ſolutum erat pretium, nec ſatisfactum pro humana natura: ideo ibant ad limbum ſanctorum patrum, quem chriſtus expoliauit, ducens ſecũ ad cœlos captiuatos. Nunc autem nullus ad talẽ locum accedit, vel non eſt amplius dare modò talem locum. Quia ſiqui decedũt in gratia ſine peccato aliquo, ſtatim euolant ad cœlum; quia ſatisfactum eſt per paſſionẽ chriſti,& eſt ꝑ hoc amotum naturæ impedimentum. Si vero aliqui decedunt in gratia & habent aliquid purgãdum, vadunt ad purgatorium,& purgati ad cœlum aſcendunt. Patet ergo ꝙ nõ ſunt niſi quatuor loca.ſ. paradiſus, illorum qui decedunt cũ gratia,& ſine peccato. Infernus ſibi oppoſitus, qui eſt locus decedentium cum actuali culpa,& ſine gratia. Et purgatorium, quòd eſt decedentium cum gratia, nõ tamen ſine peccato: ꝑpter quod purgari indigent. Et limbus puerorum in originali decedentium, qui nunquã deum videbunt, non habentes pœnam ſenſus, ſed dãni. Vltimum autem locum, vel nõ eſt dare, vel ad eum nullus accedit.ſ. limbum ſanctorum patrũ: qa paſſio chriſti eum expoliauit totalr. His itaq; prælibatis, quia ex dictis inſurgit dubitatio: Cũ dictum ſit aliquos fore in æternum cruciãdos: volumus priuſquã huic tractatui finem imponamus, difficultatẽ hanc aperire,& declarare quõ deceat diuinam iuſtitiã, pro peccato temporali infligere pœnam æternã. Dicimus ꝙ in peccato quatuor eſt cõſiderare, videlicet, pœnam peccato debitam: ipſum peccãtem: peccatum commiſſum:& deum qui offenditur pro peccato. Omnibus his declaratis viis, patet decens eſſe ꝑ pec-

A cato temporali debere infligi pœna æterna. Pri- 1.
ma via ſumitur ex parte penarum inflictarũ ꝑ
peccatis. Recitat autem Augu. 21. de ciuit dei,
cap. 11. dixiſſe talium. 8. genera eſſe penarũ po
ſitarum in legibus.ſ. Dãnum, vincula, verbera,
talionem, ſeruitutem, ignominiam, exilium,&
mortem. Vbi Auguſt. dicit ꝙ nihil horum tan-
ta celeritate plectatur, quãta deprehẽditur fuiſ-
ſe peccatum perpetuum, nec forte talio. Vocat
autem talio, quãdo quis patitur in ſe qđ alteri fe
cit, vt oculum pro oculo,& dẽtem pro dente.
Poteſt enim cõtingere, ꝙ in tanto tempore ocu
lus alicuius eruatur per iuſtitiam, inquãtum ipſe
eruit oculũ alterius per nequitiam,& iram: ſed
cætere aliæ pœnæ, nõ æquantur in celeritate tẽ
B poris cum peccatis. Vt ſiquis per morulam par-
uæ delectationis delectatur, ſi ex hoc puniatur
pœna dãni, non oportet ꝙ ſolum per tantã mo
rulam patiatur huiuſmodi dãni pœnam, vt ꝑ-
pter hoc dãnatus ſit in pecuniam, ſiue in aliqua
alia re, ꝙ carentiam huius rei nõ plus tempore
patiatur, niſi quãtum propoſuit in perpetratio-
ne peccati. Immo illa re carebit in æternum etiã
iuſte; pro peccato, quod cõmiſit in paruo tẽpo
re. Sic de vinculis,& ignominiis,& de multis
aliis, poſſunt habere talia iuſte pro peccato, qđ
in paruo tempore perpetrati ſunt. Prętet enim
talionem, nulla eſt ibi alia pœna numerata, quæ
nõ vel perpetuo, vel ſaltem non in maiore par
te poſſit de iure durare, quàm fuit peccatũ per-
petratum. Igitur ſi gentes hoc faciunt, quia pœ-
C nas perpetuas infligunt pro peccato tempora-
li: nõ debemus deum de iniuſtitia arguere, ſed
de iuſtitia cõmendare, ſi pœna perpetua puniat
peccatũ, qđ fuit in paruo tempore perpetratũ.
Secũda via ſumitut ex parte ipſius hominis pec 2.
cantis: Nam peccator vſq; ad mortẽ ſm Greg.
peccat in ſuo extremo, quia peccauit quãdiu
potuit, ex quo vſq; ad mortem noluit pœnitere.
Iudicãdus eſt, ꝙ quãtum eſt de ſe, in peccato ꝑ-
petuo fuit. Igitur ſi peccauit, ſi quãtum eſt de ſe
perpetuo peccauit, iuſte æterna pena plectũt.
Tertia via ſumitur ex parte ipſius peccati cõmu 3.
nis. Nam ſunt aliqua peccata, quæ iuſta pœna,
plectuntur morte. Cum igitur per mortem qs
D auferatur in ſempiternum a ſocietate viuentiũ,
quia ſi reſurgat, vel moreretur morte naturali,
hoc totum eſt per accidens: ſic dignum eſt, vt
deus pro peccato tẽporali poſſit infligere pœnã
æternam. Nam dato quòd nunquã eſſet futura
reſurrectio mortuorum,& poſito quòd nũquã
quis moreretur morbo, ſed ſolum poſſet mori
gladio: quilibet ſanæ mentis iudicaret, quòd ſi
quis delinqueret in regiam maieſtatem, vel in
rempublicam, quòd eſſet morte moriendus, per
quam mortem, in æternum priuaretur a ſocie-
tate viuẽtiũ. Quarta via ſumitur ex parte ipſius 4.
dei. Quod per peccatum offendit infinitũ bonũ
dignũ eſt vt in infinitũ patiatur. Sũt ergo in pec
cato duo: ſcilicet auerſio ab incõmutabili bono,

& cõuerſio

& conuersio ad cõmutabile bonum. Ex parte autem auersionis, peccatum est infinitum, quia auertit se ab incõmutabili, & infinito bono: sed ratione conuersionis est finitum: quia conuertit se ad finitum bonum. Cum ergo peccamus in infinitum, si secundum mensurã delicti & peccati, debet esse mensura pęnæ, oportet hanc mensuram esse finitam, & infinitam. Cum ergo in pęna non possint esse nisi duo, quæ potissime sunt ponderanda [acerbitas,] & duratio (nam ex hoc ponderamus pęnam, vel quia est multũ acerba, vel quia multum durat) ergo ſm hęc duo, oportet esse finitatem, & infinitatem in pęna. Non potest autem esse infinitas, quãtum ad acerbitatem, vel quia nõ est possibilis huiusmodi infinitas: vel si esset possibilis, creatura ad talem acerbitatem durare nõ posset. Si ergo sumetur finitas, & infinitas in pęna, vt respõdeat finitati, & infinitati delicti, erit infinitas ibi ex par A te durationis, & finitas ex parte acerbitatis. Vel possumus dicere, ꝙ acerbitas pęnę dicit qd positiuum: nũquã autem finiri, dicit quid priuatiuũ. Cum ergo in peccato sit priuatio ex parte auersionis ab infinito bono, & ibi sit positio ex parte conuersionis ad finitum bonũ: dignũ est vt acerbitas, quæ est quid positiuum, respõdeat cõuersioni: interminatio pęnę, & carentia gloriæ, respõdeat auersioni: & quia auersio est ab infinito, erit carentia gloriæ, cum interminatione pęnę infinitæ: cõuersio vero, quæ est quid finitum, erit acerbitas pęnę finitæ. In infinitũ ergo dãnati priuabũtur deo, cum tanta pęnę miseria: & in infinitum beati fruentur deo, cum tãta gaudii lætitia Et in hoc erit summa fęlicitas B bonorum, quia videbunt se euasisse tantam miseriam, & adeptos tantam gloriam. Cuius gloriæ nos participes faciat Christus Iesus, per infinita secula. Amen.

Tractatus de Prædestinatione, Præsciẽtia, Paradiso, et Inferno, editus a D. Aegidio Romano, Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini,

FINIS.



D. AEGIDII COLVMNII

Romani, Bituricensis Archiepiscopi, et Aquitaniæ Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, doctoris clarissimi,

De Defectu & deuiatione malorum culpæ & peccatorum à Verbo Tractatus,

Nunc primùm excussus.



Cap. I. *In quo ostenditur per quatuor clausulas in principio Euangelij Ioânis positas, ꝙ mala et peccata non sunt à Verbo, nec per verbũ.*



Placuit nobis proponere quæstionẽ de eo qđ habetur Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sũt; & sine ipso factum est nihil. Vtrum ex hoc possimus cõcluderẽ omnia tam bõa q̃ mala esse facta per ipsum, idest, per Verbum. Et videtur quòd sic: quia qui omne dicit nihil excipiţ : si ergo omnia facta sunt per ipsum, idest, per verbum, & nulla exceptio est ibi adiecta, videntur omnia tam bona quã mala esse facta per Verbum. Præterea & quod ibi additur, Et sine ipso factum est nihil)vt videtur, multum fortificat quæstionem. Nã mala idest, peccata non videntur esse nihil: nam pro nihilo Deus nõ damnaret hominẽ : cum ergo Deus damnet hominem ꝑpter mala & peccata, videtur ꝙ talia non sunt nihil : quare si solùm nihil factum est sine Verbo, mala & peccata facta sunt per Verbum. Sciendum ergo ꝙ multis viis per verba Euangelii, vnde sumpta sunt verba præfata, probare possumus mala & peccata non esse facta per verbum nisi permissiuè, non autem effectiue. Incipiemus .n. à principio euangelii, quod sic incipit, In principio erat verbũ.) & ostẽdemus per verba ipsius textus euangelii pręcedentia & sequentia, ac per proposita verba, veritatem intentam. Duæ .n. clausulæ sunt propositæ, quarũ prima est, Omnia per ipsum facta sunt.) secunda est, Et sine ipso factum est nihil.) Quatuor etiã sunt clausulæ præcedentes: quarũ prima est, In principio erat verbum.) secũda, Et verbum erat apud Deum.) tertia est, Et Deus erat verbum.) quarta est, Hoc erat in principio apud Deum.) Similiter quatuor clausulę sunt sequentes. prima est, Quod factum est in ipso, vita erat.) secunda est, Et vita erat lux ho

A minum.) tertia, Et lux in tenebris lucet.) quarta est, Et tenebræ eum non comprehenderũt.) Per omnes autem has decem clausulas contentas in ipso textu Euãgelii, quarum quatuor sũt præcedẽtes, duæ propositæ, & quatuor sequẽtes, intendimus declarare mala & peccata non esse facta per Verbum. Primæ .n. quatuorq; clausulæ præcedentes quantũ ad personas diuinas sic se habent: quia prima continet essentiæ vnitatem, secunda personarum alietatem vel proprietatem, tertia personarũ diuinarum æqualitatem, quarta personarũ diuinarum æternitatem. Ille ergo qui fecit Præfationem in missa de Trinitate, qui creditur fuisse Gregorius, cum dixit de Trinitate, In essentia vnitas, in personis p-

B prietas, in maiestate adoretur æqualitas.) si addidisset (in duratione veneretur vel adoreţ ęternitas) fuisset satis & cõpetenter hæc quarta clausula ad tres clausulas propositas copulata. Prima ergo clausula cum dicitur, In principio erat verbum.) continet in patre & filio essentię vnitatem: & quia nunquã sunt separandi Pater & Filius à Spiritusancto, qui est amor & vnio & nexus amborum (nam, vt ait Dionysius quarto de diuinis nominibus, Amorem siue diuinũ, siue angelicum, siue intellectualem idest humanum, siue animalem idest sensibilem & vegetabilem, siue naturalem ſm ꝙ grauia dicimus amare deorsum & leuia sursum, vnitiuam quãdam intelligimus esse virtutem.) cum ergo nomina-

C mus patrem & filiũ semper intelligimus ibi spiritum sanctum, tanq̃ virtutem vnitiuam, & tanq̃ amorem & nexum amborũ. Cũ ergo in prima clausula dicitur, In principio erat verbum, idest in patre erat filius, notatur in patre & filio, & p consequens in spiritu sancto, qui est amborum amor, nexus, & vnio, in essentia vnitas: nam ꝑsonæ sibi insunt ꝑpter essentiæ vnitatem. Nã quia vna est essentia omnium trium personarum, & illa vna & eadem essentia prædicatur de qualibet persona singulr, & de oĩbus nõ pluraliter, quia pater est diuina essentia, & filius est illa eadem essẽtia, & spiritussanctus eadẽ essentia: oẽs tamen tres personæ non tres essentię, sed vna essentia. Quia ergo nullus ita desiperet non so-

D lùm de personis diuinis, sed ẽt de quacunq; re, quòd diceret, Essentiam rei nõ esse in re: nullus ergo põt ita desipe ꝙ dicat, Essentiã pr̃is nõ esse in patre. Et quia sic est. cum illa essentia patris sit ipsa persona filii, & ipsa persona spiritus sancti; si essentia patris est in patre, filius & spiritus sanctus sunt in patre. Benè ergo dictũ est, ꝙ personæ diuinæ sibi insunt ꝑpter essentiæ vnitatem: & bene dictum est, ꝙ cum in prima clausula dicitur, In principio erat verbum, idest in patre erat filius, & in patre & filio spiritus sanctus, qui tanquã nexus amborũ intelligitur in vtroq;, circa omnes personas diuinas notatur in essentia vnitas. Ex hac autem prima clausula possumus expresse arguere & probare ꝙ vitia & mala & peccata

peccata non sunt per ipsum, idest, per Verbum. A Nam cum sit tanta vnio Verbi ad Deum patrem, quod est in ipso Deo patre, mala & peccata, quę non vniunt nos cum Deo, sed separant nos à Deo, per ipsum idest per verbum facta esse non possunt. Viso quomodo prima clausula quæ est In principio erat verbum, manifesté concludit, mala, vitia, & peccata non esse facta per verbum: volumus hoc idem ostendere ex secunda clausula, quæ est, Et verbum erat apud Deum. Dicebatur.n. supra ꝙ sicut in prima clausula In principio erat verbum, denotatur circa personas diuinas in essentia vnitas: sic in secunda clausula, Et verbum erat apud Deum, notatur circa personas diuinas personarum alietas vel pprietas. Nam distinctio & alietas personarū non nisi B per pprietas esse potest: pter quod ēt in diuinis proprietas & alietas pari passu currunt. Est.n. persona in diuinis essentia cum proprietate, vt patet est essentia diuina cum paternitate, filius est essentia diuina cum filiatiōe, spiritus sanctus est illa eadem essentia cum processione, iuxta illud Damasceni lib. 1. cap. 2. In diuinis oīa sunt vnum præter ingenerationē, idest, paternitatē, & generationē, idest, filiationem, & processionem. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus ꝙ proprietas filii, qui est verbū in principio apud Deum, est ꝙ ei approprietur virtus & sapientia, iuxta illud. 1. Cor. 1. Prędicamus Christum, dei virtutem, & dei sapientiam. Procedit enim filius à patre sicut verbum: ergo procedit C per modū intellectus, & ei appropriatur sapientia: ipse e t.n. patris sapientia, & splendor, & figura. Rursus quia pater dicēdo facit quicquid facit, iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt, oportet ꝙ filius nō solum sit sapientia patris prout pcedit à patre per modū intellectus, sed etiam sit virtus patris, quia pr̄ dicendo verbum, per ip m quod dicit, facit quicquid facit: ꝑpter quod dicitur virtus patris, quia per ipsum tanꝗ per virtutem operatur, iuxta illud Augu t. 11. confess. Verbo tibi coęterno simul & sempiterno dicis omnia quæ dicis, & fit quicquid dicis. Si ergo Dei filius verbum patris, est sapientia & virtus patris, per seipsum non possunt fieri aliqua mala, quia omnis malus ignorans, s̄m Philosophū in Ethi D cis, quæ s. ignorantia repugnat sapientię: & omnis malus defectiuus, qđ repugnat virtuti. Deus ergo pater per suū verbū quod est eius virtus & sapientia, nulla mala (loquēdo de malis culpæ) operari pōt. Mala.n. pęnę, quæ inferuntur pro demeritis nostris, potest Deus operari tanquā iustus iudex, cui est tribuere vnicuiꝗ s̄m opera sua, iuxta illud, Opera.n. illorū sequunt̄ illos, p suā virtutē & sapientiā: quia talia nō inferunt̄ ex defectu dei, sed ex eius virtute: nec ex ignorātia Dei, sed ex eius scientia Nā iō nos punit, qꝛ scit nos malos: aliter.n. non esset iustus iudex, si puniret creaturas suas, nisi sciret eas esse malas, iuxta illud Psal. Vt iustificeris in sermonibus tuis, A & vincas cum iudicaris, idest cum in iudicio ad alios compararis. Iudicamus.n Deum dicentes, quòd sic debet facere vel sic facere: sed cum bene perspicimus, omnia in sapientia facit, & omnia debito modo facit. Bene ergo dictum est, ꝙ deus pater per verbum tanꝗ per eius virtutem, in qua non pōt esse aliquis defectus: & sapientiā, in qua non pōt esse ignorantia, licet possit facere mala pęnæ, qꝛ ipse potest facere omne opus iustitię: non tn̄ potest facere mala culpę, quia talia sine defectu & ignorantia, quæ sunt à Dei verbo penitus aliena, committi non pn̄t. Dei ergo verbum ab ęterno cum patre & spiritu sancto nos prædestinauit, idest ad gratiam in præsenti, & ad gloriam in futuro nos præordinauit. Cum ergo nec cum gratia, nec cum gloria, B quę est gratia consumata, possit stare peccatum, bene dictū est quòd per verbum peccatum vel mala culpæ fieri non pn̄t. Aduertendum tn̄ ꝙ sicut Christus Dei filius verbū patris ab ęterno nos prędestinauit, nos pręordinando ad grām in præsenti & gloriam in futuro, quæ duo culpæ & peccato repugnant: sic nunc ad dexterā Dei sedens est apud patrem aduocatus pro nobis, vt peccata vitemus, & gratiam cōsequamur, iuxta illud. 1. Ioan. 2. Filioli mei hæc scribo vobis vt non peccetis: sed si quis peccauerit aduocatum hēmus apud p̄rem Iesum christū iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantū, sed etiā pro totius mūdi. Sunt.n. hæc valde repugnantia quòd Christus Iesus sit iustus, & aduocatus noster apud patrem pro peccatis nostris, & tn̄ ipse sit illæ, per quem peccata fiunt, & culpæ committunt̄. Cū C ergo dicitur, Et verbum erat apud Deum, idest apud deum patrem, quia erat apud ipsum tanꝗ virtus & sapientia, quibus repugnant defectus & ignorantia, quæ sunt in quolibet peccato, nō possumus ex hoc arguere quòd per Verbū sint facta mala & peccata: sed magis quòd per ipsū sint amota & deleta. In omni.n. peccato est defectus & ignorantia: Nam esse ibi defectum, nō est dubium, cum secundū August. 12. de Ciuit. Dei, cap. 6. malum non habet causam efficientē, sed deficientem. Ait.n. Nemo igitur quærat causam efficientem malę voluntatis: non enim est D efficiēs, sed deficiens, quia nec illa, idest, mala voluntas est effectio, sed defectio. In omni itaꝗ malo & peccato est deficiēs: quod repugnat virtuti. Est etiam ibi ignorantia: quod repugnat sapientiæ. Nam & si non omne peccatum fit per ignorantiam, quia ignorantia respectu peccati non se semper se habet causaliter: tamen omnis malus ignorans, vt ait Philosophus: quia ignorantia ad peccatū & si non semper se habet causaliter, semper tamen se habet concomitatiuē. Ostenso, quō per primam clausulam, quia In principio erat verbum: & quomodo per secundam clausulam, quia Verbū erat apud Deum, nō possumus arguere propositum, quòd mala

& peccata sint facta per Verbum, sed magis oppositum: volumus hoc idem declarare per tertiam clausulam, cum dicitur, Et deus erat verbũ: quod statim apparere potest Nam si omne peccatum inanium est peccatum, inquantũ auertit à Deo, clare clarius apparet ꝙ peccata nõ fiunt per Deum. Lumen. n. quantum est de se semper habet illuminare, nullus. n. obtenebratur ex eo ꝙ conuertit se ad lumen: & quia Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, tenebra vel peccatum nõ cõmittitur per Deum, qui est lumẽ sine admixtione alicuius tenebrę, cum ẜm Commẽ. Deus sit actus purus sine admixtione alicuius potentiæ. Peccatum itaq; non est per Deũ, nec è Deo: & quia Verbum est verè Deus, cum dictum sit in tertia clausula ꝙ deus erat verbũ, peccatum non est per verbũ nec à verbo. Propter quod Hilarius in suo libro de Trinitate exponens hoc dictum, Et deus erat verbum, ait, Cessat sonus vocis, & cognitiõis eloquium. Et subdit, Verbum hoc res est, non sonus: natura est, nõ sermo; deus est, non inanitas. Nos enim possumus eẽ dii dicto vel sermone, iuxta illud Psalmi, Ego dixi dii estis. Et potest quis esse Deus, quia cõstituitur aliquis Deus, iuxta illud quod
Exo. 7. dixit dominus Moysi, Ecce constitui te Deum Pharaonis. Sed Verbum non est hoc modo Deus: sed natura Deus. Mala ergo & peccata auertentia à Deo seu a Verbo, quod est natura Deus, non sunt per verbum nec à verbo. Declarato, omnes tres præfatas clausulas in hoc conuenire quòd mala & peccata non sunt à verbo nec per verbum: volumus hoc idem declarare per quartam clausulam, quæ est, Hoc erat in principio apud Deum: quod sic potest exponi. Hoc, scilicet, Deus verbum erat in principio, idest, ab æterno apud Deum. Cum ergo mala & peccata nunq̃ respiciant nisi res temporales & deficientes, ab ęterno facta esse non possunt per Verbum, quod erat in principio & ab æterno apud Deum. Potest ergo hæc quarta clausula (exponendo eam vt exposita est) circa personas diuinas asserere quòd personis diuinis competit in duratione ęternitas. Nam sicut in prima clausula quòd in principio erat verbum idest in patre filius, & in vtroq; spiritussanctus, qui à patre & filio minime est separandus, denotabatur in essentia vnitas, quia personæ sibi insunt propter essentiæ vnitatem: & in secunda quòd verbum erat apud Deum, ostendebatur in personis proprietas: in tertia vero, & Deus erat verbum, in maiestate æqualitas. sic in hac quarta clausula quòd hoc erat in principio, idest ab æterno apud Deum, notatur circa personas diuinas in duratione ęternitas.

A *Cap. 11. Vbi per duas clausulas propositas hoc idem concluditur, quòd mala & peccata non habent esse à uerbo nec per uerbum.*



Distinguebamus enim supra clausulas euangelii q̃s volebamus exponere ad ostendendum intẽtum ꝙ mala & peccata non sunt à verbo nec per verbũ, dicentes ꝙ quatuor de illis
B clausulis erant præcedentes, duæ erant propositæ, & quatuor sequentes. Egimus ergo in precedenti cap. de quatuor clausulis precedẽtibus, & ostendimus per quamlibet illarum clausularum mala & peccata non esse facta à verbo nec per verbum. Nunc autem volumus agere de clausulis propositis, quæ sunt duæ, quarum prima est, Omnia per ipsum facta sunt. Secunda est, Et sine ipso factum est nihil. Per quamlibet autem istarum propositarum clausularũ duarũ ostẽdebatur mala & peccata esse facta per Verbum. Nam cum sine exceptione aliqua dicatur ꝙ omnia sint facta per ipsum idest per verbum: & qui omnia dicit, nihil excipit: videtur ꝙ mala & peccata sint facta per verbum. Rursus, cũ ma
C la & peccata nõ sint nihil, quia pro nihilo Deus nõ damnat hominẽ, & tamen damnat ipsum ꝑ mala & peccata: cum ergo à factione per Verbum non excludatur nisi solum nihil, vr̃ ꝙ ab huiusmodi factione nõ excludãtur mala & peccata. Sciendum ergo ꝙ cum dr̃, Omnia per ipsm facta sunt) nõ põt intelligi nisi de factibilibus. Nam sicut sub hoc nomine Animal nõ continentur nisi animalia: ꝑpter quod si diceret̃ tali die Deus produxit omnia animalia, non possemus ex hoc arguere, ꝙ Deus illa die produxerit lapides, quia sub nomine animalium lapides comprehendi non possunt. Sic à simili cum dicitur, Omnia per ipsum facta sunt) non potest hoc intelligi nisi de factibilibus, quia sub nomine factorum solum factibilia possunt denomi
D nari. Mala ergo & peccata, quæ non sunt factibilia sed defectibilia, & quę non sunt factiones sed defectiones, sub factis vel factilibus comprehendi nõ possunt. Omnia. n. facta & omnes factiones habent causam efficientem: mala enim & peccata nõ habẽt causam efficiẽtem sed deficientem, & non sunt factiones sed defectiones: quæ omnia concordant cum verbis Augustini suprapositis. 12. de Ciuit. Dei, cap. 7. vbi ait, Nemo igitur quęrat efficientem causam malæ voluntatis: nõ enim est efficiens causa sed deficiẽs, quia nec illa. i. mala volũtas est effectio, sed defectio. Cum ergo dicimus omnia esse facta ꝑ verbũ, intelligitur de factibilibus nõ de defectibilibus, vel intelligitur de factionibus nõ de defectionibus. Argumẽtum ergo præfatum non

est ad

eſt ad ꝓpoſitũ ꝙ mala & peccata ſint facta per Verbũ, ſed potius eſt ad oppoſitum ꝙ talia nõ ſunt facta per Verbũ; cum dictum ſit ꝙ talia nõ ſunt factiones ſed defectiones, quo poſito, non ſunt factibilia ſed defectibilia. Nam ſm̃ cauſam debent iudicari quæ ſunt ex illa cauſa: cum ergo mala & peccata non habeant cãm efficientẽ ſed deficientẽ, talia non poſſunt eſſe facta a Verbo vel per verbũ, cum Verbũ ſit naturã Deus, vt patuit ſupra per Hilarium exponentem illã clauſulam, Et Deus erat verbum. Deus autẽ eſt in quo congregantur perfectiones omniũ generũ, vt patet per Philoſophũ, 5. metaph. cap. de Perfecto, vbi vult ꝙ aliquid dr̃ bonũ nobile vel perfectũ modo vniuerſali, in quo reperiunẽ talia vt ſunt in vnoquoq; genere vt nihil inueniatur extra illã. ſ. bonitatem vel perfectionẽ: & vt exponit Cõmẽt. iſta eſt diſpoſitio primi principii. ſ. Dei. Nomine ergo Dei intelligitur aliqđ perfectũ omni perfectione, vel intelligitur aliqd bonũ omni bonitate, & nobile omni nobilitate. Ideo de hoc primo principio. ſ. Deo dicit̃ in 12. Metaphy. ꝙ Deus eſt viuus æternus in fine nobilitatis. Si ergo Deus eſt perfectus in fine. i. infinitæ perfectionis, & nobilis in fine. i. infinitę nobilitatis: Verbum, quod eſt natura Deus, qa habet eandem deitatem & eandẽ naturã diuinã cum patre & ſpiritu ſancto, erit hoc modo ꝑfectum, quia erit in fine perfectionis. i. infinitę ꝑfectionis, & nullo modo poterit eſſe cã deficiens ſed ſemper efficiens & perficiẽs: nullo ergo modo poterit eſſe cauſa malorũ & peccatorũ, quę non ſunt effectiones nec perfectiones, ſed defectiones. Mala ergo & peccata non ſunt facta à verbo nec per verbũ: quod declarare volebamus. Sed quid dicemus ad ſecundã clauſulam propoſitã, ꝙ ſine ipſo factũ eſt nihil? Nunqd vitia & peccata vel mala culpæ quæcũq; pro qbus damnatur homo, dicenda ſunt eſſe nihil, vt concludamus de Deo factore noſtro & creatore ꝙ pro nihilo dãnat creaturas ſuas, quia damnat eas pro vitiis & peccatis? Ad quod vr̃ dicere Auguſtinus ſuper Ioãnem, exponens iſtud verbum, Sine ipſo factũ eſt nihil. i. peccatũ, aſſerens ꝙ peccatũ dicit̃ nihil, quia nihil fiunt homines, qñ peccant. Sed hæc rñſio indiget declaratione, qũo peccatũ nihil eſt, & qũo nihil fiunt homines, cum peccant. Aduertendum ergo ꝙ hm̃õi declarationẽ, videlicet, ꝙ peccatum nihil eſt, & ꝙ nihil fiunt homines cũ peccant, accipere poſſumus ab Augu. 12. de Ciuit. Dei, cap. 7. quærit. n. ibi vnde hoc habet volũtas ꝙ põt fieri mala, & quòd põt eſſe cauſa malæ operationis, ſm̃ quẽ modum nõ erit cã efficiens ſed deficiens, quia hoc eſt vniuerſale in omni malo & in omni peccato ꝙ nõ habet cãm efficientẽ ſed deficientem. Et ſoluit ibidẽ qõnem propoſitam, innuens ꝙ voluntas ſit quędam natura, & ſit ex nihilo: vt eſt quædam natura, nõ eſt cã deficiẽs, ſed efficiens. Si ergo quæris vnde habet hoc vo-

Tex. 21.

A luntas quòd ſit cauſa deficiens, & quòd ſit cauſa malæ operationis? Reſponderi põt, quòd hoc non habet vt eſt natura quædam, ſed vt eſt ex nihilo. Immo plus arguit ibidẽ Auguſt ꝙ dicere voluntatem poſſe eſſe malã vel poſſe eſſe cauſam deficientem vt eſt natura quædam, idem eſt quod retorquere hoc in ipſum Deũ, et aſſerere ipſum Deũ feciſſe naturas malas: quod falſum eſt. Nam, vt habetur Gen. 1. vidit deus cuncta quę fecerat, & erãt valde bona: quod exponẽs Auguſtinus in Enchiridion ait, Vnũquodq; in ſe bonũ eſt, ſed omnia ſunt valde bona, quia ex omnibus cõſtat vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. Concludamus ergo ex his omnibus, & dicamus quòd natura vt natura eſt nõ eſt cã

B malæ voluntatis, ſed hoc habet vt eſt cauſa deficiens & vt eſt ex nihilo: ſic voluntas vt volũtas eſt, & vt quædam natura eſt, nõ eſt cauſa malæ operationis, ſed hoc habet vt eſt cauſa deficiẽs & vt eſt ex nihilo. Si ergo volumus hæc adaptare ad hominẽ, dicemus quòd homo vt homo eſt & vt eſt natura quædam à Deo ꝓducta, non eſt cauſa peccati vel malæ operationis, ſed hoc habet vt eſt cauſa deficiens & vt eſt ex nihilo. Ex his autem patere põt, bene dictum eſſe hoc quod Auguſtinus ait, & quod ponitur in Gloſa, videlicet, quòd peccatum nihil eſt, & quòd nihil fiunt homines cũ peccant: quia poſſe peccare & poſſe deficere, hoc nõ habent homines vt ſunt natura quædam & vt ſunt à Deo, ſed vt ſunt cauſa deficiens & vt ſunt ex nihilo. Sed di-

C ces quòd adhuc ſtat argumentum: nam ſi peccatum eſt nihil modo quo dictum eſt: cũ ergo Deus pro peccato damnat homines & angelos creaturas ſuas, ergo damnat eas pro nihilo. Ad hoc dici põt, quòd peccatum eſt aliquid materialiter, ſed eſt nihil formaliter: nam peccatũ eſt operatio quædam, ſed eſt operatio deficiẽs. Propter quod (formaliter loquendo) peccatum non eſt aliquid, quia non eſt aliquis effectus, ſed eſt aliquis defectus: & inde dictum eſt quòd peccatum non habet cauſam efficientem, ſed deficientem. Damnat ergo Deus creaturas ſuas pro aliquo materialiter, quia damnat eas pro mala operatione quæ eſt aliquid materialiter: ſed cũ

D mala operatio ſit quidam defectus, formaliter loquẽdo potius eſt nihil q̃ aliquid. Quid ergo damnat Deus? patet quòd damnat ſolum quod ipſe non facit, & quod nõ eſt ex ipſo. Nam peccata & malas operationes ipſe nõ facit, ſed creatura facit, non vt eſt quædam natura & vt eſt à Deo, ſed vt eſt quid deficiens, & vt eſt ex nihilo. Totum enim quod facit in nobis Deus remunerat et præmiat: peccata aũt punit & damnat, quia nõ facit ea in nobis Deus, nec nos facimus ea vt ſumus à Deo, ſed vt ſumus quid deſſiciens & ex nihilo. Ex hoc aũt poteſt patere quòd peccata non ſunt facta per verbũ nec à verbo, cum Verbum ſit natura Deus, & peccata non ſint à Deo, nec à creaturis ſuis vt ſunt à Deo.

Cap. III. In quo ostenditur per quatuor clausulas sequentes, quòd mala & peccata non sunt à uerbo nec per uerbum.



VT patet per habita duæ fuerunt clausulæ propositæ, quarum prima est, Omnia per ipsum facta sunt.i. per verbum. Secunda est, Et sine ipso factum est nihil.i.sine verbo. Has duas clausulas propositas præcedūt in Euangelio Ioannis quatuor clausulæ, quarum Prima concludit diuinarum personarū, quātū ad substantiam, vnitatem. Secunda concludit & asserit eatūdem, quantū ad personas, alietatē & proprietatē. Tertia affirmat in diuinis psonis, quantū ad maiestatē, ęqualitatē. Quarta asserit in diuinis personis, quantū ad durationē, ęternitatem. Cum ergo probatū sit sex modis, videlicet, per quatuor clausulas præcedentes, & per duas clausulas propositas ꝙ mala & peccata nō sunt à Verbo nec per verbū: volumus hoc idē ostendere per quatuor clausulas sequentes. Sequuntur.n. in Euāgeliū Ioānis omnia hęc quę sunt dicta, quatuor clausulæ, quarū est, Quod factū est in ipso vita erat. Secūda est, Et vita erat lux hominū. Tertia est, Et lux in tenebris lucet. Quarta est, Et tenebrę eum nō comprehenderunt. Postea sequitur alia materia, Fuit homo missus à Deo) de qua non intendimus prosequi in hoc Tractatu. Aduertendū ergo ꝙ primam clausulam quæ est, Quod factū est in ipso vita erat, Augustinus exponens super Ioānē, ait, De ipso Dei verbo, siue de ipso Dei filio, quòd ipse est sapientia Dei. Omnia ergo sunt facta per ipsum, quia omnia sunt facta per Verbū: & oīa sunt in ipso, quia omnia sunt facta in Dei sapiē-

Psal.103. tia, iuxta illud Psal. Omnia in sapientia fecisti.

Sed quęrit Aug. quō verum est, Qđ factū est in ipso vita erat, cum lapides facti sint in ipso & per ipsum, sed nunq̄ lapides viuunt: vr̄ ergo esse falsum, qđ factū est in ipso vel ēt per ipsum vita erat. Ad qđ dici debet ꝙ non hr̄ ex textu, Qđ factū est in ipso, vita erat; sed qđ factū est in ipso vita erat: nam oīa facta ēt non viuentia cuiusmodi sunt lapides & aqua & terra & alia nō viuētia, antequā fierent erant vita in ipso. Vnde Aug. sup Ioan. & hr̄ in Glo. ait ꝙ ipsa terra, quæ facta est, nō est vita, sed in Dei sapientia est quędā ratio, qua facta est terra; & hoc est vita. Et ponit exemplum. Sicut arca in opere non est vita, sed arca in arte, vel in artifice est vita: sic terra, & omnia quæ non viuunt, in seipsis, & vt sunt in opere exteriori producta, non sunt vita: sed vt erant in Verbo qđ est ars Dei patris plena rōnū omniū viuentiū, vt vult Aug. 6. de Trin. c. vlti.

A sunt vita. Nā in verbo ēt de non viuētibus sunt rōnes viuentes, aliter nō esset ars plena rōnum omniū. Ad hoc ēt valent verba Phi, qui dicit in. 12. Metaphy. ꝙ actio intellectus est vita. Et quia supponit Deū esse intelligentē, ideo cōcludit ipsum esse viuū, dicens ibidē, Deus igitur est viuus, ęternus in fine nobilitatis. Bn̄ ergo dictū est ꝙ quicquid factū est, in ipso erat vita anteq̄ fieret, quia rōnes fiendorū in Verbo, sunt rōnes viuentiū: & quęlibet talis rō non solū pōt dici quid viuens, sed ēt potest dici vita. Nā tanta est Dei simplicitas, ꝙ quæcunq; prędicanē de ipso in concreto, pn̄t prædicari in abstracto: nam si verificaē de Deo ꝙ est Deus, verificaē de ipso ꝙ

B est Deitas: & si verificaē de ipso ꝙ est viuens, verificatur de ipso ꝙ est vita: & quod dictum est de Deo, veritatē habet de oībus quę sunt in Deo, qa q̄cquid est in Deo est deus, iuxta illud, Nihil in Deo pręter Deū. Ex his aūt omnibus arguamus & concludamus mala & peccata nō esse facta à verbo nec p verbū. Nam si verbum est ipsa Dei sapientia, & q̄cquid factum est á verbo vel p verbū, factū est in Dei sapientia; cum oē malū & pctm̄ factum sit cū quadā insipientia, & in quadā ignorantia, quia, vt diximus per phm̄, Omnis malus ignorans: cōcludere possumus mala & peccata nō esse facta à verbo nec in verbo nec p verbum. Rursus vt arguamus ex hac prima clā

C vt verba iacent, dicamus ꝙ ipsum verbum est vita; & quicq̄d factum est in ipso vel per ipm̄ erat vita in ipso & viuebat in ipso: cum ergo mala & peccata, quæ sunt quidā defectus, deficiant a vita, & nunq̄ possint viuere vel esse vita in verbo, quia tūc verbū esset artifex defectiuus, claro clarius patet mala & peccata nō posse esse facta à verbo nec p verbum. Oñso p primā clām quæ est, Qđ factum est in ipso vita erat) ꝙ mala & peccata nō pn̄t esse facta nec à verbo nec p verbum, volumus hoc idē oñdere per clām secundam, quę est, Et vita erat lux hoīum) qđ exponens Origenes ait, ꝙ nō est pręterm ittendū ꝙ vitā pręmittit luci: primò.n. agit euangelista de verbo vt est vita, dicens Qđ factum est in ipso vita erat. Et postea agit de verbo vt est lux ho-

D minū, dicens, Et vita erat lux hominū. Ipsum.n. verbum nō solum est vita, sed ēt est lux omniū hominum, iuxta illud qđ in hoc eodē capitulo hr̄ de verbo, Erat lux vera quæ illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū. Aduertēdū tñ ꝙ nō solum referēdo hanc clām ad pręcedētem primo agiē de vita, quia primo dr̄, Qđ factum est in ipso vita erat) & postea agiē de luce, cum subditur, Vita erat lux hominū) sed si cōsideremus hanc eandē clām, primo agitur de vita, quia primo nominatur hic vita: & postea agitur de luce, cum subiungitur ꝙ, huius nostra vita erat lux hominū: quod ideo factum est fm̄ Origenē, vt detur nobis intelligi quòd nō illuminantur nisi viuētes: nā primo intelligitur homo spiritualiter viuere, quod pertinet ad esse,

quia

quia viuere viuentibus est esse:& postea intelligitur illuminari, quod ptinet ad opera, vel agere, iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera. Sicut ergo in corporalibus prius est esse q̃ agere, quia nihil agit nisi vt est in actu:sic & in spiritualibus prius habet aliquis spirituale esse, & postea ex tali esse competit ei spiritualiter agere. Propter quod Dionysius. 2. cap. de eccl. hier. vult quod prius debemus esse diuini, & postea operari diuina:vel quod idem est, prius debemus esse spirituales, & postea spiritualia agere.

4. Eth. c. 5. Hic enim fallit regula Phi volentis, quia bona facimus, boni sumus: immo ẽ conuerso, quia boni sumus, bona facimus. Philosophus enim quia solo ductu rationis processit, non potuit

B videre de bonitate nostra prout habet esse ex infusione per gratiam, sed solum vt habet esse ex operibus. Redeamus ergo ad propositum, & dicamus quod Euangelista, scdm Origenem, vitam præmittit luci. Nam per vitam vel per viuere intelligimus esse; quia viuere viuẽtibus est esse; sed per lucem intelligimus operari vel agere. Nam opera sunt quę apparent in nobis: propter quod sicut lux est illud quod se offert visui, sic opera nostra sunt illa quæ se offerunt visui, & sunt illa quę testimonium perhibent de nobis, iuxta illud Ioannis, vbi Dominus ait, Opera quæ ego facio testimonium perhibẽt de me. Quod autem opera assimilentur luci, patet per

C Matth. 5. id quod supra diximus, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. His itaq; excursis, volumus euidenter & clare declarare qđ diximus. Dicemus ergo quod per gratiam habemus spirituale esse, iuxta illud 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum:) quod verum est ad literam, quia ipsum spirituale esse habemus à gratia: sed spiritualiter opari & agere habemus per virtutes. Spiritualiter ergo gratia præcedit virtutes, sicut spirituale esse præcedit spiritualiter agere: nulla. n. opera sunt meritoria nisi per gratiam, quia non possumus spiritualiter agere nisi per virtutes, nisi habeamus eẽ per gratiam. Possumus ergo ex his habere argumentum ad propositũ, dicẽdo quod Verbũ

D est vita nostra, quia facit nos spiritualiter viuere, idest facit nos spiritualiter esse, dãdo nobis gratiam, per quã habemus spiritualiter viuere & spirituale esse. Et ipsum idem Dei verbum vel Dei filius, qui est vita nostra, dando nobis spiritualiter viuere vel spiritualiter esse per gratiã: est lux nostra, dando nobis p virtutes spiritualiter agere & spiritualiter operari. Insipientes ergo essemus, si diceremus à verbo vel per verbum esse mala vel peccata, à quo & per quod est nostrũ spũale esse dando nobis grãm: & sũt nostra spiritualia opera dando nobis virtutes, cũ virtutes

A & gratia sint opposita nostris vitiis & peccatis, & ideo tollant & deleant quęcũq; vitia & pctã. Habito q̃ो per primã clausulam quæ est, Qđ factum est in ipso vita erat.) nec à verbo nec p verbum facta sunt mala & peccata: & ostẽso hoc eodẽ per secũdã clausulam, quæ est Et vita erat lux hominũ:) volumus hoc idẽ declarare per tertiam clausulam quæ est, Lux in tenebris lucet.) Vbi Chrysostomus ait quod cũ dicit̃ Lux in tenebris lucet, per tenebras mortem & errorem dicit: tenebræ. n. nr̃æ sunt errores & mors nostra. Nec tñ hoc est intelligendũ ſm eũdem Chrysostomum de luce corporali, quia illa nõ lucet in tenebris, sed tollit & fugat tenebras: sed hoc intelligẽdũ est de luce spũali. s. de luce Christi; quia prædicatio Christi in medio erroris & ignorantiæ, erat & adhuc est per doctos christianos & per imbutos doctrina Christi. Vere ergo lux Christi in tenebris lucet, quia errãtes & tenebrosos conuertit. Quis ergo erit ausus dicere quod mala & peccata fiant à verbo & p verbum, cũ lux verbi luceat in tenebris, & quãtum est de se semper conuertit errantes, & tollit mala quæ sunt vitia vel peccata? His itaq; omnibus peractis, volumus per quartam clausulã quæ est, Et tenebræ eum non cõprehenderũt.) declarare hoc idẽ, vbi Origenes ait, quod Verbum est vita, quæ est lux hominũ: sed stulta corda hominum istam lucem capere non possunt, quia peccatis suis aggrauantur. Si ergo peccata

C nos impediunt ne possimus capere istã lucem, quæ est verbum Dei & filius Dei, nõ debemus concedere quod peccata sint facta per verbum vel à verbo: q̃a effectus non impediunt, sed sunt apti nati ducere in cognitionem suæ causæ: si ergo mala & peccata essent facta per verbũ, qđ est lux hominum, nõ impedirent ne possemus capere talem lucem: immo nos disponerent & habilitarent ad cognoscendum & capiendum eam, cum semper effectus ad capiendum & intelligendũ suam causam nos habilitent & disponant. Secũdum ergo decem clausulas, quatuor præcedẽtes duas propositas, & quatuor sequẽtes, declaratum est decẽ viis mala vel peccata nõ esse facta à verbo uel per uerbum. Nam intel-

D ligẽdo de malo pęnæ, vt supra diximus, cõcedere possumus tale malum esse factũ à Verbo uel per Verbum, secundum quem modum dicitur Amos. 3. Si erit malum in ciuitate, quod Deus non fecerit. Quod intelligendum est de malo pęnæ, siue de tribulatione. Vnde glosa marginalis dicit ibidem, quod nõ erit tribulatio nisi à Domino. Non ergo de malo culpæ; sed de malo pęnæ uel de tribulatione ſm glosam est hoc intelligẽdum. Et in hoc terminetur Tractatus iste, quem intitulari uoluimus, De Defectu & deuiatione malorũ. i. peccatorum à Verbo.

FINIS.

D. AEGIDII COLVMNII Romani, Bituricenſis Archiepiſcopi, et Aquitaniæ Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, doctoris clariſſimi,

Tractatus de peccato Originali, Qui iuxta ſeptem ſui nominis literas, ſeptem Capitulis terminatur.



Cap. I. In quo ponitur intentio operis.



Gen. 18 EGo cum ſim puluis & cinis loquar ad dominum meum dicens. Domine deus iudex iuſtus, ſi omnes animę tuę ſunt, ſicut anima pr̃is, ſic & anima filii, portabit ne filius iniquitatem patris? Verteť

Ezech. 18. et Hier. 31. ne inter nos illud vulgare prouerbium, patres cõmederunt vuas acerbas, & dentes filiorũ obſtupeſcunt? Quod ſi ſic non eſt, ſed iuſtitia iuſti ſuper eũ erit, & anima quæ peccauerit ipſa morietur, quare innocentibus, & paruulis, liberi arbitrii vſum non habentibus, Protoplaſtorũ noxa imputatur ad culpam? Erit ne peccatum aliquod non voluntarium cum per ſanctos tuos ſpirituſancto inſpiratos hanc ſententiam profe ras, omne peccatum adeo voluntarium eſſe, ꝙ ſi voluntarium non exiſtat, peccati rationẽ amittat. Iſti nãq; paruulo ſi per originem, quam vitare non potuit, originale peccatum imputatur ad noxam, non ne fateri cogimur eſſe peccatum aliquod quod non voluntate, ſed neceſſitate cõtrahitur? Quod ſi huiuſmodi culpę ideo ſubditur anima: quia carni corruptæ infunditur: deceat ne bonitatem tuam animã bonam a te bono deo creatam infundere corpori quod fœditatis obnoxium eſſe cognoſcimus? Quid eſt ergo hoc originale peccatũ? Quomodo paruulis imputatur ad pęnam? Qua iuſtitia hoc crimen, culpæ rationem aſſumit? Quomodo caro infecta inficit animam? Per quam viam hæc noxa in baptiſmo dimittatur? Qualiter decet tuam ſuper abundantem clementiam animam, tam puriſſime pro creatam permittere maculari? Igitur quia ad hęc lucide declaranda humana induſtria minime ſufficit, pater de cęlis deus cuius ſapientia attingit a fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, mittere digneris eam de ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam quid de his acce-

A ptum ſit coram te, & quæ de his veritas ſit tenenda.

Cap. II. In quo determinatur quid eſt originale peccatum, & quibus nominibus nominatur.



GRatiæ de innixus auxilio, ptius inueſtigabo, quid eſt originale peccatum. Putauerunt autem quidam originale peccatum eſſe reatum pęnæ, pro peccato primi hominis, vt recitatur a Magro

B 2. ſententiarum, ſm hoc ergo originale peccatum culpa dici non debet. Ad quod dicendum, forte mouebantur, quia non videbatur eis decens nec congruum, innocentes infantes culpã habere, qui (vt in prologo tetigimus) liberi arbitrii vſum minime habuerunt. Sed quòd originalis noxa ſit iniquitas, & peccatum, ſatis aperit Pſal. cum dicit. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Pſal. 50. Sed de hoc quomodo habeat rationem culpę infra plenius deſcribetur. Nunc autem inueſtigandũ occurrit, quid nomine originalis peccati intelligi debeat. Inuenimus autem a ſanctis (vt patet per Aug. in de baptiſmo paruulorũ) hoc peccatum quinq; nominibus nominari, Dicitur

C enim Cõcupiſcentia. Fomes peccati: Lex membrorum, ſiue lex carnis: Langor naturæ: & Tirãnus. Itaq; vt appareat quomodo omnia hęc nomina peccato originali conueniunt, aduertendum quòd peccatum originale eſt, carentia originalis iuſtitię, cum debito habendi eam. Iſta eſt diffinitio Anſel. Sic enim imaginari debemus, quòd deus fecit hominem rectum: ſed ipſe per auerſionem à deo, infinitis ſe miſcuit quęſtionibus, & in innumerabilibus modis peccandi ſe ſubiecit. Adam ergo creatus eſt rectus, quia in eo omnia inferiora ſuperioribus erant ſubiecta: caro enim in eo erat ſubiecta animę, quia nullus morbus, nulla paſſio, nulla indiſpoſitio poterat inſurgere in carne, quæ animæ repugnaret Rurſus vires infe-

D riores ſubiectæ erant ſuperioribus, vt concupiſcibilis & iraſcibilis ſic erãt ſubditæ menti & rationi, vt nihil in eis inſurgeret, niſi ſm ordinem & dictamen rationis. Iſte ordo quodãmodo iuſtitia dici poterat, quia quodãmodo iuſtum eſt inferiora, ſuis ſuperioribus eẽ ſubiecta. Dicebatur autem hæc iuſtitia originalis, quod duplici de cauſa poterat talem denominationem aſſumere, videlicet, vel quia Adam à ſui origine a deo talem iuſtitiam acceperat, vel quia huiuſmodi iuſtitia erat in poſteros per originem transferenda. Erat itaq; ſm inſtitutam naturam, hic ordo ſalutis, vt quilibet ſaluandus haberet originalem iuſtitiam. Sed cum huiuſmodi iuſtitia eẽt deriuãda in poſteros per Adam, prout eramus

futuri

futuri membra Adæ, consecuti fuissemus originalem iustitiam, quæ fm ordinē institutæ naturæ, erat necessaria ad salutem. Vtrum autem sufficiens esset, vel post illam originalem iustitiam necessaria eēt superaddita gratia, si volebamus proficere & salutem consequi, inferius ōndetur. In pręsenti autem sufficiat scire, hmōi iustitiā in posteros deriuandam, sic esse necessariā, modo quo diximus. Adam ergo peccante, & a suo superiori se auertente, ordo rationis poscebat, ꝙ cum ipse nollet suo superiori esse subiectus, ꝙ eius inferiora superioribus rebellarēt. Propterea qđ caro statim incępit rebellare animæ, & incęperunt insurgere in corpore contrarię dispositiones ipsius formæ, ideo Adam, qui potuit nō mori si non peccasset, eo peccante, necessitatem

B habuit moriendi. Super hanc quidem pugnam fm quam corpus rebellauit animæ, super addita est pugna secunda, vt vires inferiores rebellarent superioribus: incęperunt.n. ex tunc insurgere primi motus, & concupiscentiæ in viribus inferioribus, præter dictamē & ordinem rationis. Duo.n. contraxit Adam ex eo ꝙ se auertit ab ipso deo, videlicet, necessitatem moriendi, & necessitatē peccandi: q̄diu quidē stetit in sua rectitudine, poterat non mori, & poterat non peccare. Poterat.n. non mori, quia eo sic stante nihil insurrexisset in corpore quod repugnaret animæ. Poterat non peccare, quia vires inferiores erāt omnino subiectæ superioribus. Ac-

C ceperat.n. Adam per originalem iustitiam, vnde posset stare, poterat.n. per eam omnia peccata vitare: eo autem peccante, & a deo se auertente, perdidit hanc originalem iustitiam, & hāc rectitudinem, qua inferiora superioribus subiecta erant. Et quia hmōi rectitudinem peccando perdidit, non potuit eam in posteros trāsfundere. Hoc est ergo peccatū qđ diximus originale, qa ipsum ex origine contraximus. s. carentia hmōi rectitudinis, & hmōi originalis iustitiæ, cum debito hn̄di eam. Secundum.n. ordinem naturę institutæ necessaria erat originalis iustitia ad salutem consequendam: quia ergo ea caremus, & eam vt sumus membra Adæ habere tenemur, priuatio vel carentia originalis iustitiæ cū debi-

D to habendi eā, est originale peccatum. Ex hoc autem apparet, quare hmōi peccatum tot nominibus nominatur. Nam Adam perdendo originalem iustitiam dicitur fuisse vulneratus in naturalibus, quia necessitatem habuit moriendi: vel vulneratus, quia peccando natura eius facta est inepta & inhabilis ad operandū bonū. Fuit insuper spoliatus gratuitis: quia fuit spoliatus illa rectitudine & illa iustitia, quā gratis acceperat. Tertio ex hoc factum est, vt vires inferiores superioribus rebellarent. Quarto inde consecutū est, vt in eo esset habilitas ad cōcupiscendum. Quinto ex hoc originem sumpsit, vt in eo esset quædam infectio, quædam corruptela, & quædam pronitas ad peccandum. Prout ergo fuit

A vulneratus in naturalibus, qđ vulnus quodāmodo est deriuatū in posteros, dicit̃ originale peccatum, languor naturę. Prout vero fuit spoliatus gratuitis, hmōi peccatum nominatur tyrannus, quia tyranni est semper spoliare sibi subiectos. Tertio quidem prout vires inferiores rebellauerūt superioribus, hoc peccatum dicitur lex membrorū, fm quem modū loquitur Apostolus ad Ro. dicēs, Video aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ. Rom.7 Quarto vero prout ex hoc fuit in Adam, & etiam in nobis habilitas ad concupiscendum, dicitur cōcupiscentia. Nam originale peccatum, non dicitur concupiscentia, quia sit actualis concupscientia, sed quia est habilitas ad concupiscē dum. Quin-

B to autem prout ex hoc fuit in Adam & est in nobis quædam corruptela & quædam pronitas ad peccandum, huiusmodi peccatum dicitur fomes peccati.

Cap. III. In quo determinatur, quomodo originale peccatum paruulis imputatur ad pœnam.



Vstitia Dei exigit, vt sicut est duplex peccatum, originale, & actuale: ita duplex sit pęna, damni. s. & sensus: pęna autem damni respōdet peccato originali, sed pęna sensus (vt cōmuniter ponitur) rn̄det actua-

C li. Hę autem duę pęnæ quodāmodo se habēt adinuicem sicut ipsa peccata. Nam sicut contingit aliquos solum originale peccatum habere q nunquā actualiter peccauerunt, aliquos vero qui supra peccatum originale plura peccata actualia addiderunt: sic aliqui punientur solū pęna damni, aliqui vero simul cum pęna dāni, experientur pęnam sensus. Sed dicet aliquis, An oporteat sic has duas pęnas ad inuicem esse cō-

D nexas ita, vt nūquā sit pęna dāni quin adsit pęna sensus? nam cum naturale sit cuilibet ex dāno dolere, dolor autē sine pęna sensus esse non possit, pęna dāni (vt videtur) a pęna sensus separari non poterit. Aduertendum ergo quod licet pęna sensus a pęna dāni separari non possit, pęnam tn̄ dāni a pęna sensus separari cōtingit. Nullo.n. modo esse potest ꝙ in aliquo sit pęna sensus, & tamen non sit in eo pęna dāni, vt quod aliquis affligat, crucietur, & sentiat pęnam, & tamen videat diuinam essentiam, quā videndo nō dicatur habere pęnam dāni. Quod duplici de causa contingit, primo ex superabundantia delectationis, secundo ex gratia consumata quæ requiritur ad hmōi visionem. Primū sic patet: semper.n. delectatio diminuit do-

lorē & tristitiam, quare nō poterit esse superexcellens delectatio cum aliqua tristitia, vel dolore: & quia in visione diuinæ essentiæ erit delectatio superabundans, illa visio nullum dolorem, nullam tristitiam, potest secum compati: quare esse non poterit quod aliquis sentiat dolorem & pęnam, & tamen videat illam admirabilem diuinitatem: ergo esse non poterit quod aliquis habeat pęnam sensus & tamen non habeat pęnam dāni. Secunda via ad inuestigādū hoc idem sic ostenditur. Nam post hanc vitam nunquā diuina essentia videtur ab aliquo qui non sit omnino mundus, & in quo non sit gratia perfecta & consumata: in nullo autem tali potest esse pęna sensus: ergo quicūq; habet pęnam sensus, de necessitate habet pęnam dāni, & caret visione diuinæ essentiæ. Non separat igitur pęna sensus a pęna dāni: attamē econuerso eē contingit. Potest enim quis habere pęnam dāni absq; eo qd' experiatur pęnam sensibilē. Sciendum tñ quod dānificari aliquē, est ipsum priuari aliquo bono: bonum ergo illud vel est naturale, vel supernaturale: si enim habemus pęnā dāni, quia priuamur aliquo naturali bono, non video quin ad talem pęnam in habente vsum liberi arbitrii nō sequatur tristitia, dolor, & pęna sensus. Sed si per pęnam dāni priuamur supernaturali bono, nūq̄ ad talem dānum rōnabiliter sequitur pęna sensus: quia irrationabile est tristari de carentia alicuius boni, quod sc'dm naturam obtinere non possumus; vt si s'm naturam volare nobis non cōpetit, irrationabile est si tristemur, si volare non possumus. Sic qa originalis iustitia, quæ s'm ordinem naturæ instituræ requirebatur ad salutem consequēdam, erat bonū superadditum naturalibus: & quia ipsa diuina visio est bonū supernaturale, paruuli decedentes solum in originali peccato, si priuantur visione diuina, habent pęnam dāni: sed non ppter hoc dolent, vel tristantur: nec etiam habēt pęnam sensus, quia vident bonum illud esse supernaturale, de cuius carentia irrationabile est dolere. Viso, quomodo pęna dāni separari pōt a pęna sensus, de leui patere potest, quomodo iusto iudicio Dei originale peccatum paruulis imputetur ad pęnam, nō ad pęnam sensus, sed dāni. Quātū enim ad pęnam sensus & maxime si illa pęna sit æterna, filius non portabit iniquitatem patris, nec patres pro hmōi pęnam comedent vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescent. Sed anima quæ peccauerit ipsa morietur, inquantum ad pęnam dāni & potissime si huiusmodi pęna dāni sit carentia boni supernaturalis, iuste iniquitas patris filio imputatur. Vt si aliquis rex castrum aliquod daret militi, eius filii ex successione hæreditaria castrum illud possidere debebant; si autem miles ille contra regem forefaceret, nonne iusto iudicio castrum perderet, quo perdito filii priuarent illo: itaq; in hoc nulla iniuria fieret filiis, quia castrum illud liberaliter fuit militi a rege collatum, & filii per patrem debebant consequi tale castrum, quare eo peccante, iuste filii incurrunt huiusmodi pęnā. A simili ergo quia originalis iustitia liberaliter fuit collata ipsi Adę, quam debebat in posteros transfundere, eo peccāte & hmōi iustitiam amittente, nō potuit eam transfundere inposteros: quare nos Adæ filii per priuationē patris, priuati sumus hmōi iustitia & rectitudine originali. In hoc tamen nulla iniuria facta est nobis, qa illa iustitia quodāmodo donum supernaturale erat. Igitur cum nos ab Adam processerimus naturaliter, forte iniuria fieret nobis, si sic procedendo, priuaremur naturalibus bonis: sed si sic procedendo naturaliter, non cōmunicatur nobis originalis iustitia vel aliquod aliud supernaturale bonum, in nullo iniuriatur nobis deus, nec de eo possumus rōnabiliter conqueri. Priuati ergo originali iustitia quæ s'm ordinem naturæ institutę erat necessaria ad salutem, nisi per gratiam Dei, & per Iesum mediatorem Dei & hominum liberemur, non possumus salutē eōsequi: quare carebimus diuina visione, & ppter originale peccatum habebimus pęnam dāni. Sed hoc non iniustē fit, nec propter hoc nobis iniuriatur deus, quia hoc dānum quod incurrimur propter originale peccatum, non est priuatio boni naturalis, sed supernaturalis. s. grę.

Cap. IIII. In quo determinatur, quomodo originale peccatum assumit rationem culpæ.



Dubitabatur a' multis cū omne peccatum sit voluntarium, & adeo sic voluntarium q̄ si nō est voluntarium nō est peccatum, qūo originalis noxa cum non voluntate, sed quadam necessitate originis cōtrahat, habeat rōnem peccati, & maxime quomodo habeat rōnem culpæ: nam culpa super peccatum vr̄ addere voluntariam inordinationē: concedimus enim aliquando peccatum esse in agentibus naturaliter; dum tamē hmōi agentia contingat inordinate agere: vt si per actionem naturalem fiat sextus digitus in manu, vel cōtingat aliquod aliud mōstrum, dicimus esse peccatum in natura, non tamen ibi esse culpam. videt ergo culpa omnino importare volūtariam nequitiam & inordinationem. Et cum August. ait in lib. de libero arb. Omne peccatum esse voluntarium: accepit peccatum prout est idem quod culpa. Igitur licet forte per originem possemus saluare nos contrahere peccatum prout peccatum extendit se ad actiones naturales, quia generatio & origo sunt opera naturæ: nullo tamen Lib. 3. cap. 18

men modo(vt videtur)per originem saluare po A
terimus quòd contrahamus culpam, vel quòd
contrahamus peccatum vt est idē quod culpa.
Sciendum itaq; quòd peccato & culpæ respon
det pęna, quare si videre volumus quomodo
originale peccatum habeat rationem culpæ, vi
dendum est qualis pęna debeatur tali peccato,
& quomodo paruuli per hmōi culpam puniū
tur. Ad hoc autem intelligendum valet exēplū
superius positum de milite accipiente castrum a
rege. Si ergo miles accipiens castrum a rege fo-
refaceret contra ipsum, contra quem forefacien
do perderet castrum, quo perdito priuarentur
filii eius dicto castro: insurgeret quæstio quo-
modo filii puniuntur ex castri amissione. Ad
quod esset rñsio manifesta. Nam filii militis con B
tra regem forefacientis dupliciter considerari
possunt. Primo, vt sunt quædam personæ in se.
Secundo, vt sunt filii patris, vel vt sunt membra
præfati militis. Si cōsiderantur hmōi filii vt sunt
quædam personæ in se, nō puniuntur, nec pec-
cant: non puniuntur quidem, quia eis s̄m se nō
debetur hoc castrum. Si autē debetur eis castri
hæreditas, hoc non est vt sunt quædam perso-
næ in se, cum eis s̄m se non fuerit hoc castrum
tributum, sed hoc solum esse contingit, inquan
tum sunt mēbra patris, vel inquantum sunt mē
bra dicti militis, qui ab illo milite ad suos filios
erat castri hæreditas deriuanda: quare si huius-
modi filii non puniuntur vt quædam personæ
in se, sed solum vt sunt quędam membra prīu, et C
solum puniuntur in patre, quia s̄m hunc mo-
dum non puniuntur in se, sed in patre, ad hoc
quòd talis punitio sit iusta nō oportet ꝙ pecca-
uerint in se, sed in patre. Sufficit ergo culpa pa-
tris quantum ad hūc modum punitionis ꝙ hu
iusmodi noxa imputetur filiis. Quod ergo dcm̄
est de castro quod miles a rege accepit suis po-
steris relinquendum, intelligendum est de origi
nali iustitia, quam accepit Adam a deo in suos
posteros filios deriuandam: sicut ergo milite fore
faciente contra regem iuste amittit castrum a re
ge acceptum, sic Adam se auertēte à deo, iustè
amisit originalem iustitiam, quam ab ipso nullis
præcedentibus meritis, sed solum gratis accepe-
rat. Ipso itaq; Adam originalem iustitiam amit- D
tente, in posteros filios eam nequit transfunde-
re, quia nullus dat qđ non habet. Videntur er-
go ex hoc filii Adæ, ex peccato patris esse puni-
ti, quia nascendo non accipiunt originalem iu-
stitiam, quā accepissent si Adam eorum pater in
sua rectitudine permansisset. Si ergo quæratur
si filii Adæ puniuntur, quia originalem iustitiā
non accipiunt: nullam difficultatē habet rñsio,
si prius dicta ad memoriam reducanť. Patet. n.
quòd si considerentur filii Adæ vt quædā pso-
næ in se, non puniuntur: quia nullo bono pri-
uantur, quod sit eis debitum s̄m se. Sed si consi-
derantur inquantum sunt mēbra patris, sic ali-
quo modo puniuntur, quia non transfunditur
in nos originalis iustitia, quæ s̄m ordinē natu-
ræ instituę per Adam patrem nostrum in nos
transfundenda erat: quare si nos carendo origi
nali iustitia nō punimur vt sumus aliquid in no
bis ipsis, sed vt sumus mēbra ipsius Adæ: ad hoc
quod talem punitionem iustè patiamur, non
oportet quòd peccauerimus in nobis ipsis, sed
sufficit quòd peccauerimus in Adam. Et ista est
sententia apostoli ad Ro. 5. vbi probat nos om
nes esse peccatores non per operationes factas
in nobis ipsis, sed quia peccauimus in Adam: p
peccatum enim illius hominis, mors transiuit in
omnes homines, & omnes peccauerunt in illo.
Hoc est ergo quod Apostolus ait, quòd sicut p
vnum hominem in hunc mundum peccatum
intrauit, & per peccatum mors: ita & in oēs ho-
mines mors pertransiuit, in quo vno homine. s.
Adam omnes peccauerunt. Ex hoc autem ap-
parere potest: quomodo originale peccatū sit
voluntarium. Nam si filiis Adæ non imputať
originale peccatum ad culpam vt sunt aliquid
in se, sed vt sunt membra Adæ, ita quòd cōtra-
hunt originale peccatum vt ex Adam descen-
dunt: non oportet hmōi peccatū originale esse
volūtarium per vsum liberi arbitrii existentem
in pueris paruulis, sed sufficit hmōi peccatū esse
voluntarium per volūtatem Adæ, & per vsum
liberi arbitrii existentem in Adam. Et ista est sen
tentia Aug. rñdentis Iuliano hæretico conten- *Lib. 3. cap. 5.*
denti nullum peccatum esse in paruulis. Inquit
C enim Iulianus: Si per hominem peccatū intra-
uit in mundū, vel hoc est ex volūtate, vel ex na
tura. Si ex voluntate, mala est voluntas quę pec
catū facit: si autē ex natura, mala est natura. Cui
rñdet Augu. ꝙ ex voluntate pc̄tm̄ est. Sed vlte *Ibidē, et cap.*
rius posset quærere Iulianus, dato qđ aliqđ pec *24.*
catū sit ex voluntate vt pc̄tm̄ actuale, verū ori-
ginale pc̄tm̄ ex voluntate sit. Cui rñdet Augu.
ꝙ ex voluntate est originale pc̄tm̄. quia hoc est
ex voluntate primi hominū seminatū, vt in illo
esset, & in oēs transiret. Patet ergo ꝙ sicut per
pc̄tm̄ originale punimur, sic est culpa, & sic est
voluntariū: punimur aūt vt sumus mēbra Adę:
ideo sufficit quòd per hoc pc̄tm̄ peccauerimus
in Adam, & quòd fuerit voluntarium in ipso.

*Cap. V. In quo determinatur quo-
modo caro infecta infi
cit animam.*



Ista fuit obiectio Iuliani hæreti- *Lib. 3. contra*
ci contēdentis contra Augu. no *Iul. per totum:*
stræ fidei defensorem. Dicebat *& præcipuè*
præfatus Iulianus Augu. per qđ *cap. 24.*
peccatum inuenitur in paruulo?
Non peccat ille qui nascitur, non peccat qui gi
gnit, non peccat deus qui condidit aīam: p quas
ergo †rimas, per quæ foramina, iter tot præsi- *†rimas*
dia & subsidia innocentiæ peccatum fingis in-

traſſe,vel ingreſſum habuiſſe? Cum ergo Deus A
producens animam iuſtus ſit,& cõtingat parẽ-
tes aliquor iuſtor eſſe, & ipſe paruulus non pec
cauerit: dubitabat Iulianur hęreticus quomo-
do peccatũ originale ſubintrat infantes,& qua-
liter anima maculatur a carne. Vt ergo in hoc
cap. omnes difficultates contra hanc materiam
emergentes tollamus de medio, eſt diligenter
notandum,quòd paruulus iſte qui in originali
peccato concipitur,tripliciter conſideratur. Pri
mo,vt eſt aliquid in ſe. Secundo,vt refertur ad
parentes proximos. Tertio,vt refertur ad Adã
protoplaſtum. Secundum autem has tres con-
ſiderationer, circa hanc materiam triplex diffi-
cultas inſurgit. Conſurgit itaq; difficultas pri- B
ma,ex eo quòd ille paruulur in originali conce
ptus,eſt aliquid in ſe; conſtat autem peccatũ oẽ
eſſe in anima; cum ergo anima humana non ſit
ex traduce; quia intellectus eſt ab extra,& rõna-
lis anima immediate creatur à deo: ſi non poteſt
traduci accidens niſi traducto ſubiecto,non po
terit originale peccatum a parẽtibus deſcende-
re in paruulum, ex quo anima quæ eſt peccati
ſubiectum non eſt a parentibus deriuata. Secũ-
da autem difficultas oritur ex eo quòd paruuli
ad parentes proximos referuntur. Nam contin
git aliquando paruulorum progenitores eſſe
baptizatos, & non habere originale peccatum,
quare ſi nullus dat quod non habet, quomodo
eſt intelligibile originale peccatum a parẽtibus C
deriuari in paruulos, ſi hoc crimen in ipſis pro-
genitoribus non exiſtat? Tertia quidem difficul
tar oritur ex eo quòd ipſi paruuli referuntur ad
Adam protoplaſtum. Nam ſi anima originale
peccatum contrahit, quia carni infectę coniun
gitur, & caro iſta ideo infecta dicitur, quia in
Adam primo parente corrupta fuit: cum om-
nino incredibile ſit dicere totam carnem om-
nium hominum fuiſſe in Adam, & cum poſſit
contingere animam alicuius paruuli vniri ali-
cui carni, de qua nihil omnino fuit in primo pa
rente, conſurgit difficilis, & admirabilis quęſtio:
vnde in illo paruulo peccatum originale inſur-
gat? non ex parte animæ, quia illa eſt immediate
à deo producta: non ex parte carnis, quia poſi- D
tum eſt nihil de carne fuiſſe in Adam protopa-
rente noſtro, per cuiur corruptionem, pecca-
tum tranſiuit in omnes. Has autem difficulta-
tes quidam per opiniones falſas conati ſunt ſol
uere. Voluerunt. n. aliqui, quod ſicut caro a pa
rentibus traducitur, ita traducitur anima: & hoc
poſito de facili ſoluebant difficultatem primam
quomodo originale peccatum ſubintrat infan
tes. Dicebant enim, quòd ſicut a carne corrupta
parentum, progreditur caro corrupta filiorum,
ſic ab anima peccatrice progenitorum, oriẽ pec
catrix anima prolis. Sed hęc poſitio ſtare non
Cap. 18. poteſt, dicente Domino per Ezech. Omnes ani
mæ meæ ſunt ſicut anima patris, ita & anima fi-
Pſal. 32. lii. Et in Pſal. Qui finxit ſigillatim corda eorũ.

Omnes ergo animæ ſunt dei,& non magis eſt
anima patris, quàm anima filii: quia omnes ani-
mæ immediate producuntur à deo: nulla ergo
rationalis anima educitur de potentia materiæ,
ſed quęlibet ſigillatim à deo creando infundit,
& infundẽdo creatur. Cum. n. intelligere qđ eſt
actus rationalis animæ, ſit per abſtractionem a
materia, ſufficienter oſtenditur rationalem ani
mam, cuius eſt habere talem operationẽ, de po
tentia materiæ non eſſe eductam. Secunda au
tem opinio falſa contra originale peccatum, eſt
dicenr, non eſſe in paruulir traductionem origi
nis, ſed ſimilitudinem præuaricationis. Hoc eſt
ergo quod Aug. ait in lib. de Baptiſmo paruu- 1. cap. 19.
lorum loquenr de ipſis Pelagianis hęreticis di-
centi Sciendum eſt hęreticor quoſdam, qui no
minati ſunt Pelagiani, dixiſſe peccatum primæ
tranſgreſſionis in aliquos homines non propa
gatione, ſed imitatione tranſiſſe: conſueuerunt
enim filii imitari progenitores. Dicebat ergo Pe
lagiur hæreticus peccatum originale eſſe in par
uulis, nõ quia per originem aliquod peccatum
contrahant, ſed quia per originem in peccãdo
conſueuerunt filii imitari parentes. Secundum
hoc itaq; ſi hæc poſitio vera eſſet, plene ſoluẽ
difficultas ſecunda. Nam cum dicebatur quòd
parentes mundi & baptizati generabant filios
mundor, & ſine originali peccato, patet ꝙ ſecđm
hunc modum tales filii non naſcuntur immun-
di, nec per originem cõtrahunt peccatum hoc,
ſed ſolum dicũtur habere originale peccatum
imitando parentes. Sed hęc poſitio Pelagii ſta
re nõ poteſt, quia plana eſt ſentẽtia Apoſt. Q'd Rom. 5.
omnes peccauimus in Adam, & quòd oẽs natu Ephe. 2.
ra naſcimur filii iræ. Hoc etiam ſancti volunt.
Vnde Greg. ait quòd nor ex carnis delectatiõe In cap. 15.
cõcepti, culpam originalem nobis cõtraximus. primi Reg. cir
Et Aug. in lib. de natura & gratia, vult paruu- ca finem.
los peccatum ex origine contraxiſſe. Ad tertiã Cap. 3.
autem difficultatem vitandam Magiſter ſecun- Diſt. 3.
do ſententiarum, ſingularis opinionis eſſe vide-
tur: nam vt ſaluaret quòd caro infecta in Adã
inficit animam omnium poſteriorum filiorum,
poſuit quòd nihil eſt de veritate carnis in filiis,
niſi quod a parentibus contraxerunt. Vult. n.
quòd nihil de alimento tranſeat in veritatẽ hu
manæ naturæ. Illud ergo quòd a parentibus
traximus, in ſeipſo multiplicatur, & conſurgit
in tantam quantitatem, quanta ſufficit ad verita
tem humanæ naturę: & quia ſm hunc modum
dicendi, nihil de exteriori materia conuertitur
in veram carnem naturaliter & naturaliter, quic
quid eſt in humanis corporibus, dicitur fuiſſe in
primo homine: ſm hoc itaq; ſoluitur difficul-
tas tertia. Supponebatur enim animã rationalẽ
poſſe coniungi alicui carni, de qua nihil omni-
no fuit in primo parente: propter quod argue
batur quod ſi caro illa non fuit infecta in Adã,
non potuit inficere animam. Sed opinio hæc
Magiſtri, ſtare nõ poteſt. Improbauimus enim
eam

q. 3. de Resur. mor. eam diffusius in quibusdã specialibus quæstionibus. Ad præsens autem sufficit dicere, quód si talis esset hominis generatio, non esset naturalis sed miraculosa: quod est incõueniens. Vt ergo prædictæ tres difficultates tollantur de medio, vt sciamus quomodo inficiť in paruulis anima, & per quam viam peccatum originale subintrat infantes: sciendum quód (vt supra tetigimus) originale peccatum est carentia originalis iustitiæ cum debito habendi eam. Si enim Adam in sua rectitudine stetisset, filii nati ex eo consecuti fuissent originalem iustitiam, & nati fuissent innocentes. Sed Adam peccante, & originalem iustitiam amittente, non potuit eam transfundere in posteros. Quare sicut in Adam post peccatum fuit carẽtia originalis iustitiæ quã hẽre debebat: sic & in filiis fuit carentia illius iustitię quã iustitiam tenebantur habere inquantum erant membra ipsius Adę. Et quia hæc carentia cum debito habendi eam, est originale peccatum: cũ in ipsis infantibus sit talis carentia, in ipsis infantibus erit originale peccatum. In peccato enim originali tria est considerare. Primo, carentiam ipsius originalis iustitiæ Secundo, infectionem animæ. Tertio, naturalem originẽ, per quám talis infectio cõtrahitur. Tripliciter ergo circa hãc materiam errare contingit: quia vel erratur circa ipsam originalem iustitiã: & secũdum hoc oriebatur difficultas prima. Vel erratur circa ipsam originem naturalem, & sic insurgebat difficultas secũda. C Vel cõtingit error quãtum ad infectionem animæ: & quãtum ad hoc habebat ortum tertia difficultas. Si hęc ergo tria plene declarare poterimus, sufficienter patefactũ erit quod quęritur. Propter primum ergo, sciẽdum quód iustitia originalis nõ erat donum ex debito naturæ adeptum, sed ex largitate creatoris gratis datum. Nõ ergo sic imaginari debemus, quód animę ex sua natura debeatur originalis iustitia, quæ vnita carni, huiusmodi perfectionẽ suæ naturæ debitam, perdit. Sed animæ filiorũ Adæ, hoc modo habuissent originalem iustitiam: quia si primi parentes nõ peccassent, & originalem iustitiam nõ perdidissent, cõcepissent sine libidine, & hoc modo in posteros originalem iustitiam transfundissent: D animæ ergo filiorum Adæ cõiunctæ carni, cõceptæ sine libidine, originalem iustitiam habuissent. Igitur ad hoc quod anima cõtrahat originale peccatum, nõ oportet eam esse ex traduce, vel esse eductã de potẽtia materiæ vt (arguebat difficultas prima) sed sufficit eam esse cõiunctam carni libidinosæ & ex corruptione conceptæ. Oriebatur itaq; difficultas prima ex errore circa originalẽ iustitiam: quia supponebat eam esse donum naturæ debitum, nõ gratis datum. Secũda autẽ difficultas sic tollitur. Nam homini cõpetit duplex generatio: vna carnalis, secũdum quam accepit esse naturæ: alia vero baptismalis, secũdum quã accepit esse gratiæ. Quantũ ergo ad generatio-

A nem primam, nascitur homo natura filius iræ, quia concipitur in originali peccato. In omnibus ergo considerandum est quod est per se, & diminendum quod est per accidens. Iste ergo baptizatus generans filium, vel generat ipsum vnde carnaliter natus, vel vnde spiritualiter regeneratus. Si vnde spiritualiter regeneratus, cum per huiusmodi regenerationem absoluatur ab originali, producet filium absq; originali Si generat eum vnde carnaliter natus, cum secundum hoc in originali nascatur, quantumcunq; sit ipse baptizatus, generabit filium in originali conceptum. Cum ergo generatio filiorum sit naturalis, quãtumcunq; parentes sint baptizati; (quia non generant vnde renati, sed vnde nati) faciunt filios in originali conceptos. B

Et ista est solutio Aug. in lib. de Baptismo paruulorum, 2. cap. 27. qui ait parentes baptizatos generare filios in originali, quia non generant filios secũdum generationem illam qua de nouo sunt nati, sed potius secundum eam, qua carnaliter & ipsi prius sunt generati. Vnde idem ibidem ait; quód sicut homines circumcisi generant filios non circũcisos, & sicut granum a palea purgatum, generat granum a palea nõ purgatum: sic homo baptizatus & ab originali mundatus, generat filium ab originali nõ mundatum: quia sicut granum producit aliud granum non ex eo quód est à palea excussum, sed quia est cum palea ortum: & homo circumcisus generat ex eo quód carnaliter natus est cum pręputio, nõ ex eo quód est postea circumcisus. sic homo baptizatus, non generat ex eo quod est spiritualiter regeneratus, & ab originali absolutus, sed generat ex eo quód est carnaliter generatus & in originali conceptus. Difficultas ergo secunda, dicens, ex parentibus baptizatis & ab originali absolutis, deberi procreati filios ab originali mundatos: oriebatur ex errore circa generationem naturalem: referebat enim difficultas illa generationem filiorum in regenerationem spiritualem, non in generationem carnalem.

Tertia autem difficultas sic soluitur. Nam non debemus imaginari infectionem & turpitudinem animæ quam contrahit ex originali, esse D per appositionem alicuius turpitudinis, sed magis per subtractionem alicuius decoris, & alicuius pulchritudinis. Dupliciter enim posset deturpari corporalis imago: primo, per appositionem luti, vel alicuius alterius turpitudinis vel infectionis: secundo, per subtractionem alicuius pulchritudinis, & decoris: vt si imagini amputaretur nasus, vel euellerentur oculi, deturpata diceretur. Sic & in proposito, non inficitur anima ex originali peccato, sicut inficitur imago ex luto: quia hoc modo infectio carnis animam inficere non posset, cum sit quid spirituale. Sed est ista infectio per carentiam cuiusdam pulchritudinis, & decoris: vt per carentiam originalis iustitiæ, quæ esset decor & pul-

chritudo aię,& quam haberet anima si coniungeretur carni non libidinosæ,& non ex corruptione conceptæ. Quare ad hoc quod secundum hunc modum inficiatur anima,non oportet totam carnem filiorum carnaliter, & materialiter fuisse in Adam,vt Magister opinabatur, sed sufficit ꝙ per propagationem sit caro libidinose concepta. Patet ergo quód inficitur anima cuiuslibet paruuli ab originali pctō; & peccatum originale subintrat infantes non obstante quód anima non est ex traduce, vt tangebat difficultas prima, & non obstante quód contingit aliquos generari ex parentibus baptizatis,vt tangebat secunda difficultas: & etiam non obstante ꝙ tota caro nostra nō fuerit materialiter &, carnaliter in Adam,vt difficultas tertia prætendebat.

Cap. VI. In quo determinatur, quomodo in baptismo dimittitur noxa originalis peccati.



Ehemens difficultas oritur ex prędictis,quomodo originalis noxa dimittitur in baptismo. Dicebatur enim ꝙ originale peccatū est languor naturæ,concupiscentia, lex membrorum, tyrannus, & fomes peccati.

Cum ergo homines baptizati adhuc in seipsis sentiant concupiscentiam.i.aptitudinem ad cōcupiscendum: & cum videant quandam legem in membris suis repugnantem legi mentis suę: & cum ex hoc sit in eis quidam fomes peccati,& quidam langor naturę:& vlterius sit in eis quodammodo quidam tyrānus,quia ex hoc habēt quādam promptitudinem vt seruiant peccato; qualitercūq; accipiatur originale peccatum,nō videtur quód dimittatur in baptismo. Sciēdum ergo qđ (vt patet ex habitis) originale peccatū est carentia originalis iustitiæ cum debito habēdi illam. Sic enim requirebat ordo naturæ institutę, vt ad consequendam salutem, necessaria esset originalis iustitia: quare cum originalem iustitiam ſm ordinem illum debeamus cōsequi in quantum essemus membra ipsius Adæ, patet quód salutem cōsequi debueramus ſm ordinē naturę institutæ,existentes membra ipsius Adę. Peccante itaq; Adam, ordo ille non solum fuit interruptus,sed etiam quodammodo fuit in contrarium permutatus:ita quod sicut ex Adam parēte ſm naturam institutam nati fuissemus innocentes, & habentes originalem iustitiam: sic ſm naturam corruptam ex Adam nascimur natura filii irę,& priuamur illa rectitudine naturali. Itaq; ſm hūc ordinem quem habemus ad Adam non solum salutem non consequimur, sed in ipso morimur, quia in ipso peccauimus omnes. Oportuit ergo ꝙ per alium ordinem cōsequeremur salutem. Propter quod in hoc fuit maxima dei dispensatio,quód mitteret vnigenitum filium suum factum sub lege, factum ex muliere,per quem adoptionem filiorum reciperemus,& per quem possemus salutem cōsequi. Est igitur dare naturam in triplici statu,scilicet in statu innocentiæ:corruptam: & restauratam. Innocens quidem natura à deo est creata, sed per Adam est corrupta, per Christū vero mediatorem dei & hominū est restaurata. Hoc ergo modo dimittitur originale peccatū in baptismo,non quia nobis restituatur originalis iustitia,sed quia dimittitur nobis debitum habendi eam. Nam in statu naturæ innocentiæ,si permansissemus in tali statu, habuissemus originalem iustitiam: nunc autem in statu naturæ corruptæ non habemus eam,sed quādiu sumus in tali statu,tenemur eam habere. Quando autē per baptismum sumus membra Christi,qui naturam humanam reparauit, absoluimur a debito habendi eam. Debemus ergo imaginari duos Adam: vnum terrestrem, vt protoplastū nostrum: & vnum cęlestem,vt ipsum Christū. Ante ergo baptismum sumus in ordine Adæ terreni,& sumus mēbra illius Adę:& quia Adę data fuit originalis iustitia in statu naturæ conditæ, necessaria erat originalis iustitia ad salutē consequendam vt est per habita manifestum: & quādiu sumus in tali ordine, tenemur originalem iustitiam habere. Baptismus itaq; hoc facit, ꝙ per baptismum consepulti sumus morti Christi,& facit nos membra Christi, vt iam nō vlterius dicamur esse de ordine ipsius Adæ terreni,sed magis de ordine ipsius Adæ cęlestis. Et quia originalis iustitia necessaria erat nobis quādiu eramus membra Adę terreni,& quādiu eramus in ordine illo: nunc autē in ordine alio constituti & facti membra Christi, absoluimur a debito habendi originalem iustitiam, & ad cōsequendam salutem non tenemur habere eam: quia existentes membra Christi confertur nobis à deo quoddam donum, vt gratia baptismalis, quæ (vt patebit) est potior ad salutem consequendam, ꝗ esset originalis iustitia, quam consecuti fuissemus per Adam,si ipse in sua rectitudinē permansisset. Vnde quodāmodo simile est de consecutione salutis, sicut est de transitu cuiusdā magnæ aquę. Si enim esset aqua magna, ꝗdiu non esset ibi pons, nescientibus natare necessaria esset nauis,si vellent transire aquam: facto autem ibi ponte haberent homines alium ordinem, & aliam viam ad transeundum aquā, & sine naui posset aquam transire, immo pons potior esset ꝗ nauis ipsa ad transeundum. Sic quodammodo est in proposito,quādiu sumus membra Adæ terreni, ante quàm simus mēbra Christi, tenemur originalem iustitiam habere: facti autem membra christi per gratiam baptismalem

Rom.7. Ephe. 2. Rom. 5. Gal.4. Rom.6.

malem, possumus consequi salutem absq; originali iustitia: absoluimur enim a debito habēdi eam. Patet igitur verum esse quod diximus, videlicet, in baptismo dimitti originale peccatū, non quia reddatur nobis originalis iustitia, sed quia absoluimur a debito habendi eam. Et inde est quod sicut in Adam omnes morimur, quia per eum priuamur originali iustitia quam habere tenemur quādiu sumus membra eius: sic in Christo omnes viuificamur, quia in baptismo confertur nobis per ipsum gratia baptismalis, & absoluimur a debito habendi originalem iustitiam. Relinquendo ergo imaginem Adæ hominis terreni in quo morimur per carentiam originalis iustitiæ, & debitum habendi eam, & portandi imaginem Christi hominis cælestis, in quo viuificamur, dimittitur nobis originale peccatum. Vnde Apostolus primo ad Cor. 15. ad hoc nos hortaẽ dicens. Quód primus homo ex terra terrenus, secundus hō de cęlo cęlestis. Et subdit, Quód sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cęlestis. Vnde ibidem ait, quód sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Dicamus ergo quód originale peccatum ratione qua dicit carentiam originalis iustitiæ, non est formaliter culpa, sed magis est quædam habilitas ad culpam, Ratione vero qua dicit debitum habendi eam, habet quód sit formaliter culpa. Ex eo igitur ꝙ tenemur, vel debemus habere originalem iustitiam, & non habemus eam, est nobis culpa originalis. Quare si in baptismo absoluimur a debito habendi originalem iustitiam, remittitur nobis originale peccatum, inquantum habet rationem culpæ. Ratio autem, quare in baptismo dimittitur nobis debitum habendi originalem iustitiam, est, quia datur nobis gratia baptismalis, quæ potior est ad consequendam salutem, quam iustitia originalis. Nam secundum Magistrum, secundo sententiarum, per originalem iustitiam solum habebat Adam quód posset stare, non autem habebat quód posset proficere. Sed per gratiam baptismalem non solum consequimur quód possumus stare, sed etiam quód possimus proficere. Quare sicut volens transire aquam non teneretur habere nauigium si esset ibi pons; quia pons in transeundo est nauigio potior: sic si volumus salutem consequi, non tenemur habere originalem iustitiam si habuerimus gratiā baptismalem: quia in consequendo salutem, huiusmodi gratia est potior quám illa iustitia. Quod non sic intelligendum est quód gratia baptismalis simul cum originali iustitia non esset potior ad consequēdum salutem, quám sola huiusmodi gratia: tamen hęc gratia sine illa potior est ad consequendum salutem, quám illa iustitia sine hac gratia: cum per talem gratiam possimus mereri, & proficere, per originalem vero iustitiam solum stare. Ex hoc ergo apparet quód licet gratia baptismalis simpliciter loquendo quātum ad consequēdam salutem sit potior quàm originalis iustitia, attamen hęc & illa quodam modo se habent sicut excedentia, & excessa. Nam quantum ad standum potior erat originalis iustitia, quia illa non solum tollebat peccatum, sed etiam habilitatem ad peccandum: gratia vero baptismalis licet peccatum & culpam tollat, non tamen tollit habilitatem & pronitatem ad peccandum, sed solum eam debilitat, & minuit. Ex hoc ergo apparere potest intellectus illius verbi Augu. in libro de Nuptiis & cōcupiscentia, ꝙ dimittitur cōcupiscentia carnalis in baptismo, nō vt nō sit, sed vt non imputetur ad pctm̄. Per baptismum ergo non tolliẽ concupiscentia vt non sit, quia nō redditur nobis originalis iustitia: sed tollitur vt nō imputeẽ in culpam, quia absoluimur a debito habendi eam: ex quo debito originale peccatum, culpæ rationem habebat.

Dist. 24. et 29

Lib. 1. ca. 25.

Cap. VII. In quo determinatur quomodo decet diuinam clementiam infundere animam corporibus maculatis.



Vnt nonnulli de sua intelligentia præsumētes, volentes diuina metiri iudicia, dicentes nō decere diuinam bonitatem, & clementiam, infundere animā corpori maculato. Sed cū deus sit ipsa bonitas, & ipsa clementia, quicquid voluntate diuina completur in opere, totum ordinatum & iustum est penitus iudicandum. Verum quia intellectus humanus nescit quiescere nisi dictorum ratio assignetur, possumus triplici via ostēdere quomodo hoc deceat diuinam clementiam, & bonitatem. Sumitur autem hęc triplex ratio secundum quód triplex bonum in rebus aspicimus, videlicet, vniuersale, speciale, & personale. Est enim quilibet homo primo quædam persona in se: secundo, est in specie humana: tertio, est pars vniuersi. Prout ergo est pars vniuersi, refertur ad bonum vniuersale. Prout vero est in specie humana, habet ordinem ad bonum speciale. Sed prout est quędam persona in se, est in se ipso quoddam personale bonum. Prima itaq; via sumpta ex bono vniuersali, sic patet: nam spectat ad vniuersalem causam principaliter intendere vniuersale bonum: vbi ergo nō impediretur vniuersale bonum ex aliquo particulari malo, decet principem vniuersi permittere aliquod particulare malum, ne impediatur

vniuersale bonum. Et quia magnus est decor A
vniuersi ex humana specie, non decet diuinam
bonitatem impedire generationẽ in specie hu-
mana, quantũcunq; nõ possit fieri talis genera-
tio nisi infunditur animæ corporibus macula-
tis: quia si impediret generationem humanam,
& animæ non infunderentur corporibus, ipsi
vniuerso tolleret maxima pulchritudo. Istam
Cap. 10. et. ij viam videtur tangere August. in Enchiridion,
qui vult deum decenter permittere aliquam in-
æqualitatem in rebus, & aliquos defectus in crea
turis, ne aliquis decor detrahatur ab vniuerso:
vnde ait, ꝙ ex omnibus constat vniuersitatis
admirabilis pulchritudo. Secunda via sumitur
ex ipsa specie humana, vel ex ipsa natura huma B
na, siue ex ipso bono speciali. Nam quia homi-
nes nascuntur peccatores, deus pater motus cle
mentia, & pietate, ordinauit vt magnus veniret
medicus, eo quòd vbiq; magnus iacebat ægro-
tus. Iste autem magnus medicus est Dei filius as-
sumens carnem, per quam assumptionem tota
natura humana & omnes homines sunt quo-
dammodo mirabiliter sublimati: ita vt post filiũ
dei incarnationem, omnes angeli se reputent
conseruos nostros: quia licet ante incarnatio-
nem permitterent angeli se adorari ab homini-
Dan. 10. bus vt patet in Daniele, qui cecidit in faciem
suam, & adorauit angelum loquentem ei: post
incarnationẽ tñ hoc nõ est permissum: nam vt
habet in Apoc. Ioãnes hoc volens facere, est p- C
hibitus ab angelo dicente sibi: Vide ne feceris,
Apo. 19. et 22. cõseruus. n. tuus sum, & fratrũ tuorũ. Quare cũ
deus præuiderit hoiem peccaturũ, & præuiderit
se imaculatas aĩas maculatis corporibus infun-
dere, qđ præuidendo, ordinauit filium ppriũ in
carnẽ mittere, ex qua incarnatiõe, humana spẽs
sit tota sublimata: patet ꝙ hoc arguit maximã
dei bonitatẽ, & clementiã, ex qua spẽs humana
consecuta est tm̃ bonũ. Tertia via sumit̃ ex bo-
no personali. Nam ipsæ psonæ humanæ conse-
cunt̃ multa bona ex redẽptore nr̃o. Nã ex hoc,
ipsis personis humanis, fiunt multæ gr̃æ spãles.
Hãc aũt viam innuit Greg. cum pc̃tm̃ Adæ pp.
Eph. 2 qđ nascimur natura filii iræ & animæ infundunt̃
maculatis corporibus, appellat fœlicem culpã di D
In benedictione cerei. cens. O felix culpa quæ talẽ ac tm̃ meruit hẽre
redẽptorẽ. Et si contingat aliquas personas hu
manas non fieri participes hmõi redẽptionis, h
est ex culpa sua, vel ex culpa parentũ: nec pp h
humana gñō est prætermittenda quin fiat ẽm
oẽm gentẽ, & ẽm oẽm nationem. Sicut nõ de-
bet ĩpediri pluuia quæ fit pp nascendũ frumen-
tum, vel pp alia terræ nascẽtia, licet pluat alicu-
bi vbi priuat̃ tali fructu, & licet alicubi pluuia fa
ciat ad destructionẽ frumenti, vt cum frumen-
tum est in area congregatũ. Bona. n. quæ de se
sunt vniuersalia, pp particulares defectus, sunt
Recapitulatio. minime ĩpedienda. Patefacta sunt ergo quæ in

poemio dicebant̃: nam ostẽsum est, quid est ori
ginale pc̃tm̃, quia est languor naturæ, inquãtũ
eam inhabilitat ad bonũ. Est fomes peccati, in-
quãtũ eã habilitat ad malũ. Est cõcupiscẽtia, put
nos reddit pronos ad cõcupiscendũ. Est lex car
nis vel lex mẽbrorũ, p vt membra & carnẽ facit
rebellẽ menti & rõni. Est tyrãnus, put nos facit
pnos ad seruiendũ pc̃tõ. Secũdo oñdebat̃ qño
hmõi pc̃tm̃ paruulis imputat̃ ad pœnã: quia si-
cut peccant, sic ordinat̃ ad pœnã: non aũt pecca
uerunt vt sunt quædam psonæ in se, sed vt sunt
quædã mẽbra Adæ: sic puniuntur vt sunt Adæ
mẽbra, non vt sunt aliquid in seipsis. Nam ori-
ginalis iustitia qua priuamur per originale pec
catum, non debebat̃ paruulis vt sunt aliqd in se,
sed vt ab Adã in eos erat hæc iustitia transfun-
dẽda. Rursus visio diuina, cuius carentia ponit̃
pœna originalis peccati, non debet̃ hominibus
ẽm se: sed eam habuissent, si in sua innocẽtia, &
in originali iustitia permãsissent. Tertio declara
tum est qño originale pc̃tm̃ habet rõnẽ culpæ:
cum hoc peccatum sit carentia iustitiæ origina-
lis cum debito habendi eam, ratione qua est ca-
rentia non est formaliter culpa, sed ratione de-
biti habendi: & quia tenemur huiusmodi iusti-
tiam habere, reputamur culpabiles. Ex quo ap-
paret quòd cum non teneamur eam habere ni
si inquantum sumus membra Adæ, omnes pec-
cauimus in Adam: & per illum hominem pec- Rom. 5.
catum intrauit in mundum, & per peccatum
mors. Quarto ostensum est, quomodo hæc no
xa subintrat infantes, quia hoc est, non prout
sunt quædam psonæ in se, sed prout sunt quæ-
dam membra Adæ protoparentis nostri. Quin-
to ostendebatur, quomodo talis noxa in baptis
mo dimittitur: nam cum ostensum sit eam ha-
bere rationem culpæ, non ratione carentiæ ori
ginalis iustitiæ, sed ex eo quòd tenemur habe-
re eam, in baptismo dimittitur hæc noxa, quia
absoluimur a debito habendi talem iustitiam,
vt ex tunc non vlterius nobis imputetur ad pec
catum, si caruerimus ipsa: quoniam (vt per
August. patuit) tollitur in baptismo concupi-
scentia, non vt non sit, sed vt non imputetur
ad peccatum. Sexto & vltimo declarabatur q
decebat diuinam clementiam & bonitatem in-
fundere animam corporibus quantũcunq; ma
culatis, & hoc propter triplex bonum, vniuer-
sale, speciale, & personale. Vere ergo domine
deus tibi soli peccamus, & vincis cum iudicaris
quia tu solus in oĩbus æquus es, & quæ aĩalibus
hominibus iniqua videntur, æquissima ratione
sunt a te cõdita. Tu ergo solus bonus & pius,
& nos in iniquitatibus cõcepti sumus, & in pec- Psal. 50.
catis concepit nos mater nostra. Sed tu pro tua
pietate miserere nobis, vt facie ad faciem te vi-
dere possimus, qui es benedictus in secula secu-
lorum. Amen.

FINIS.